









1709.

1. \*  
Boettiger, Christianus Fredericus: Programma, quo Iuda-  
nus fac. med. et salernum panegyricum Christiani  
Historici Boettiger et seq. iuritat.
2. Boernerus, Christianus Fredericus: De Panneti cequo-  
mento Clarisque Anziniis
3. Boetnerus, Gottfried: An et quatenus sabbatum  
lege naturalis praecipitur?
4. Etmuellerus, Michael Ernestus: De modo mendaci
5. Fflig, Carl Gottop: De simulatione et dissim-  
ulatione.
6. Fflig, Carl Gottop: De intermissione acquisitionis  
in praeparationem tertii occasionis l. 6 pr. ff. que in fraud.  
cred.
7. Ffligius, Carl Gottop: De obligatione reciproca  
parentum et liberorum ad alimenta praestanda.

1709.

8. Koching, Dr. Friedrich: De obligatione matris  
proprio lacte alendi liberos. 15
9. Meissius, Johes Christianus: De successione Hispanica. 16
10. Muckenius, Dr. Burchardus: Oratio secularis:  
De viris eruditis, qui Lipsiam scriptis atque  
doctrina illustrem reddiderunt. 17
11. Muckenius, Dr. Burchardus: De Electoratu Saxoniae, Fried-  
rico bellicoso jure meritoque collato. 18
12. Muecke, Insuperus, Fac. jur. - procuratorius: ad actum  
Solomonis Johannis Abrahami Rhodii et Caroli Guldapud  
Wigii invitat. 19
13. Olearius, Fr. Frider: Praesertatio II occasione leg. CLL. 20  
Dig. de r. j.
14. Olearius, Dr. Frider: Praesertatio IV occasione leg. XLIII. 21  
Dig. de r. j. 22

1709.

15. Olearius, J. Fiskus : Essentialis III; occasione leg. 16 dig  
2-2 j.
16. Olearius, J. Fiskus : De herede et intestato successione  
ex testamento repudiata.
17. Rechenberg, Carolus Otto : De autoritate historiae  
in probandis questionibus juris et facti.
18. Rivinus, Aug. Burin, Fac. med. pro cancellario :  
Programma, quo et peregrinam solennem Arithmeti Frite  
vici Baethgeri imitat.
19. Rauh, Johannes Abrahamus : De jure impuberes.
20. Schaefferus, Polycaerus Gottlieb : De thesaurum Carolina  
rum usum in arbitrio.
21. Schneiderus, Ludovicus : De astrologia judiciaria  
Christiano phisosopho indigna.
22. Stenzer, G. Hieronymus : De jure formulario  
Romanorum sive de legis actionibus ex XII tab. descen-  
dentibus.

1749.

23. Titius, Gottlieb Gerhard : De jure nob. et Latio Lub.  
zonae et immunitate Germaniae epistola et cau-  
nicatus

24. Wolff, Christianus Legimundus : De moribus et  
anatomis circa animalia viva occupatae



1509, 21  
AUXILIANTE  
SUMMO ASTROLOGUM CREATORE  
DISSERTATIONEM

HISTORICO-PHYSICO-MATHEMATICO-MORALEM,  
DE

# ASTROLOGIA IUDICIARIA

CHRISTIANO PHILOSOPHO INDIGNA,  
SENATUS PHILOSOPHICI LIPSIENSIS

INDULTU

ad d. XX. April. A.C.c.lx. lxxx IX.

H. L. Q. C.

BENEVOLAE ERUDITORUM DISQUISITIONI  
SUBMITTET,

M. SIGISMUNDUS SCHMIDERUS,

MED. BACCALUR.

RESPONDENTE

DAVID. HENRIC. ZORN,

Meeranenf. Mifn. Phil. & SS.Theol. St.

*Horat. L. I. Od. od. XI. ad Leucon.*

Tunc quaesieris, (scire nefas) quem mihi, quem tibi

Finem d'I dederint Leucone: nec Babylonios

Tentaris numeros, — —

---

LIPSIÆ,

LITERIS HAEREDUM BRANDENBURGERIANORUM.

1709

23

24

REPUBLICAN CONGRESS  
COMMISSIONER  
IN CHARGE  
OF THE  
BUREAU OF  
INDUSTRIAL  
HYGIENE  
DEPARTMENT OF  
LABOR  
WASHINGTON  
D. C.  
1918



V I R O  
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO, PRUDENTISSIMO  
CONSULTISSIMOQUE  
DOMINO,  
DN. ELIAE GRUHLIO,  
POTENTISSIMI REGIS ET ELECTORIS SAXON.  
I N  
COLLEGIO GENERALI ACCISARUM  
SECRETARIO,  
IN ACCISURANDIS COMMISSARIO,  
UT ET  
REIPUBLICAE CYGNENSIS CONSULI  
MERITISSIMO.  
PATRONO SVO ATQUE AFFINI  
MAXIME DEVENERANDO,

*Haec studiorum Primitias sacras esse cupio*

A U T O R,



23

VIR NOBILISSIME, AMPLISSIME, PRU-  
DENTISSIME AC CONSULTISSIME, PA-  
TRONE SUMMOPERE COLENDE.

24

**Q**uam tenui huic labori splendidum Tuum praefigendo  
Nomen committo audaciam, omnes quo excusam indu-  
striae intendere nervos, nisi tum ipsa fors, quae Affir-  
mate Tibi me iungere dignata est: tum singularis Tibi-  
conata a quasi erga bonarum Artium cultores benevolentia, Te ad-  
eundi Tuumque Patrocinium ambiendi, mihi libertatem concede-  
rent. Quin neglecti officii infimulandus essem, si, diu a me efflagita-  
tam, nunc vero tandem oblatam cupide non arriperem occasionem.  
Semper nimirum felicitatem, eorum in numerum, Tuo Patrocinio  
fruentium Teq. venerantium, perveniendi exoptavi. Te dico, Ma-  
gne Patrone, qui summa obmerita, quae nulla vetustas obliterare  
poterit, non minus dignitate, quam gratia atq. fortuna crevis-  
si. Equidem tenuitas laboris huius, conatus huic meo fraenum remo-  
ramque iniicere potuisset: verum, cum Eruditionis Amatorem,  
Musarum Patronum, Heliconis Protectorem iam dudum Te per-  
spectum habuerim; istam me a proposito detertere meo non sum  
passus. Offero itaque Tibi Academicum hocce, ast levidense spe-  
cimen, Erudito Tuo Nomine superbiens; accipe istud atque serene  
na respice fronte. Ita desiderio meo expleto, copiam non solum  
mibi gratulandi habebis; verum etiam gratissimum Tibi quo offer-  
ram animum, indefesso audentiq. studio nunquam non sum allabo-  
raturus. De cetero Deus T. O. M. corporis Tui roboret vires, con-  
silia in salutem publicam suscepta fortunet, Teque una cum Splen-  
dida Familia quam diutissime sartum tectumque conservet. Dab.  
Lipf. XIV. Calend. Maii, A. O. R. CIO. DCCC. IX.

3. 3.



7. 7.  
PROOEMIVM.

**N**ter alia hujus universi admiranda & spectatu digna, quae Sapientissimus rerum Creator & Arbitrator, pro sua immensa atque ineffabili sapientia condidit, jure ac merito coelum tot mille stellis, totque astris splendore peramoeno fulgentibus exornatum, pertinet: quod ab unoquoque mortalium spectari non tantum meretur, verum etiam debet. (a) Homo enim non eum solum in finem est creatus, globum hunc terraqueum ut obambulet, pedibus obterat, & terrena haec brutorum intueatur more: sed ideo, ut vultum erigat, coelum & sidera oculis vsurpet, Numenque ipsum ex hac non tantum iucunda, verum etiam perutili corporum coelestium contemplatione, tam ordine mirabili, tam motu regulari ac constanti gaudentium, agnoscere discat, ejusque opera mirabilia, (b) gloriam divinam enarrantia, laudibus extollere nunquam intermittat; cum non ipsa tantum SS. (c) iubeat coeli contemplationem; verum etiam humani corporis figura ipsi non prona sed erecta a Creatore concessa, eam suadere videatur. Quod iam olim Ethnicorum quoque haud pauci cognoverunt, ut nonnulla eorum in scriptis vestigia passim obvia te-

A 3 stan-

(a) Cognovit hoc olim Anaxagoras, hinc cuidam sciscitanti, cujus rei se natum diceret? respondit: Coeli & solis contemplandi, eorumque aspectu fruendi causa. (b) Ps, XIX. (c) Es, XL, 26.

23

24

la

stantur. Sufficiat in praesenti adduxisse CICERONIS, PLATONIS & OVIDII verba; quorum prior (d) ita loquitur. *Figuram corporis habilem & aptam ingenio humano natura dedit. Nam cum ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit, & ad coeli quasi cognitionis, domiciliiq. pristini conspectum excitavit.* Alter, (e) haec cedro digna profert verba: *Oculi hominibus dati sunt, ut sideribus & certissimis siderum motibus conspeltis, duces essent ad veram Dei agnitionem.* Tertius (f) eandem ferme sententiam his eloquitur versibus:

*Pronaque cum spectent animantia cetera terram,  
Os homini sublime dedit, coelumque tueri  
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

Merito itaque homines, quia facti sunt spectatores operum divinorum, coelum & astra aspicere, animoque haec mirabilia Dei probe perpendere debent, ac quoties exoriri vident ista, toties simul potentiae, gloriae, sapientiae & bonitatis divinae simul cum iis exorientis, recordentur. Sed cum testante LINIO (g) homines natura sint curiosi, & qualibet nuda rerum cognitione capiuntur, ut qui sermunculis etiam, fabellisque ducantur: quilibet sedulo sibi caueat, ne nimis curiosus de via, qua Christiani incedere debent, deflectat, atque ad Chaldaeorum aliorumque Gentilium semitas delabatur, ipsorum more speculationibus inanibus nugarumque plenis se tradat, nec varia futura vitae humanae exinde eruere conetur. Certe enim augurationes eiusmodi non tantum sunt inutiles ac perniciosae, verum etiam impiae, siquidem

(d) L. 1. de leg. p. m. 1243. Edit. Sebrevel. (e) in Timaeo. (f) L. 1. Metam: Fab. 2. verbis Ovidianis adiungendus adhuc alius est locus Ciceronianus L. 1. de Nat. Deor. p. m. 1190. ita se habent: Deus homines humo excitatos, celos & erectos constituit, ut Deorum cognitionem, coelum intuentes capere possent. Sunt enim e terra homines, non ut incolae, atque habitatores, sed quasi spectatores rerum coelestium, quarum spectaculum ad nullum aliud animantium genus pertinet. (g) L. 5. Epist. 8. p. m. 252.



dem istas feuerisime in sacris paginis interdictas legimus, ut ex infra dicendis plenius constabit. Interim vero sacer Codex saepissime licet prohibeat eiusmodi diuinationes: nihilo tamen fecius, quod dolendum, haud pauci inveniuntur, qui vanis cogitationibus coelum petunt, legesque a Deo sancitas, ad quarum tamen normam unusquisque hominum vitam suam dirigere debet, procaciter ac proterue insuper habent, & tantum abest, ut abstineant ab impia & vana hac diuinatione Astrologica, ut potius istam  $\omega\upsilon\zeta\ \kappa\alpha\iota\ \lambda\alpha\zeta$ , ut in proverbio dicitur, defendere, scriptisque variis fatis interdum ridiculis nugarumque plenis, suffulcire & promovere sedulo allaborent. Quin eorum impudentia eo hodie deuenit, ut ad vanas suas hypothesas stabilendas, ipsum sacrum Codicem in subsidium vocare, verbaque eius detorquere non erubescant. Sed, suam hanc petulantiam a Numine non inultam auferent; *Quemadmodum enim olim Sphinx interfecit eos, qui non intelligebant aenigmata sua; sic homines, diuina praecepta non audientes, (ad quos pertinent Astrologi) eaque negligentes, neque obseruantes, a vindice Deo per monstrarathi necabuntur, & in miseriarum, profundamque calamitatis abyssum, ab infernali Spbinge, diuiniae iustitiae ministra demergentur.* (h) Mirandum autem profecto, eiusmodi viros, qui tamen non solum cruditione clari, verum etiam probitate Christiana conspicui videri cupiunt, inueniri, tanto feruore ad vanitatem hanc animum applicantes, ut Astromantiae commenta magna aestimatione metiri, Astrologisque in stabilienda hac arte adiutores esse, haud sibi religionem ducant, Praecipua eorum gloria, ut ego existimo, in variarum rerum futurarum praedictione videtur posita. Uti id quoque colligere licet ex verbis

A 3

CLAUD.

(h) leguntur haec verba apud Fortun. Licet. quae explicant gemmae annularis antiquae insculptam effigiem Spbingis, hominem quendam cum violentia in aquam deprimentis, vid. eius Hieroglyphi, f. de Gemma antiquis Schemata antiqua p. m. 343. & 344. Schem. 47. c. 144.

23

24

109

CLAUD. SALMASII. (i) infra adductis. Hinc sibi soli sapere videntur, omniumque sapientissimi haberi volunt maximaque sapientia Astrologica se praeditos grauisime iactant, atque in eos, sibi contradicentes grauiter inuehuntur. Ast enim vero vaniloqui hi homines, licet sapientes prae aliis se esse arbitrentur magnificentius tamen se iactant quam verius. Dum enim *folia Sybilla recitare*, omniaque ex *Tripode* quasi se proferre gloriantur; grauisime errant, & merito ΚΡΟΤΝΟΧΥΤΡΟ ΑΗΡΑΙ (k) dici merentur. Nullam enim veritatem, sed mera mendacia, figmenta & *Hiberas naenias*, imo quandoq. aliis Astrologis, quos tamen reprehendere volunt & corrigere, maiores producant. Ut adeo non inepte de iis illud Terentii dictum: (l) *faciunt nae intelligentes homines, ut nihil intelligant*, dici possit. Deus enim eorum scientiam, futura quae abscondita vult, curiose scrutantem, ut ipse in sacris literis testatur, (m) stultam facit. Hinc non mirum, eos nihil nisi res nugatorias euomere. Aspiciat saltem quis ex ingentis eiusmodi Scriptorum copia, vaticinia famosi istius Astrologi, qui omnium fere teritur manibus, sic dicti Anglicani, des *Englischen Wahrsagers Prognostica*, nec non scriptum Astrologicum, anno superiori in lucem emissum, das *wundersame Prognosticon/ oder Propheceyung/ was in dem 1708. Jahre geschehen soll*; quantae his in scriptis nugae contineantur & falsa

(i) Inquit Salmas. in praefat. Libri sui de Ann. Climat. ita: Nihil est quo sibi indulgentius & licentius blandiantur homines etiam non stulti, quam in futuri divinatione. Inde est quod tam auide omnem artem quae id venditatur conlectantur, eosque qui tale quid pollicentur, omni genere demereri cupiunt. Et quasi aliquid sint aut sciant plus quam mortalem esse aut scire fas sit, diuinos ex eo appellat, quia pars est nimirum divinitatis, id praescire, quod sit euenturum. (k) Vocab, hoc est tricompositum. Prima vox est *νεγρός*, qua indigitatur aqua cum impetu scatens. 2) *χύτρα* quae ollam denotat, & 3) *ἀγγείον* est, quod nugari est. vid. Epitom. Adag. Erasmi. p. m. 477. (l) Prolog Andr. v. 16, (m) Ecl. XLIV. 25.





falsa (n) verbis vix exprimi potest. Quilibet, cui ista, contentaque in iis ad iustam animi lancem reuocare non fuerit graue, facile sua ex conscientia, vanos hos Astrologos esse redarguendos, metiri poterit; cum proferant talia, quae sobrio Philosopho per somnium ne quidem in mentem inciderent, imò, quae in hominum potestate plane non sunt relicta; ut fecit imprimis arrogans scripti nuperi auctor, utpote qui audacter varia magni momenti futura, verbis fat phaleratis certo non tantum praedicere, sed etiam horam, diem & locum casuum futurorum designare non veritus est. Vti autem ut plurimum spes hos divinatores fallit, ita & hunc quoque frustrata est, experientiaque, quae contrarium edocuit, famae eius indelebilem inusit maculam. Sed plura persequi tum magnitudo Proemii prohibet, tum festinatio, ut ea exponamus, quae exorfi sumus. Quare ad propositum veniemus, & in hoc quantum fieri poterit, praemissa definitione nominali, reali & divisione, paulo intimius inquiremus in Astrologiae iudiciariae ortum, fundamenta & argumenta, addita statim eorum refutatione, quae pro ea stabilienda proferunt Astrologi. His adiiciemus nonnullos Astrologiae tam ex Veter. quam ex Recent. Contentores, tandemque annectemus ex adductis probationem: Christianum Philosophum nequaquam ad Astrologiam iudiciariam debere animum adiungere suum. Spes nos certissima fouet, fore, ut L. B. laborem iuuenilem, pro sua qua pollet Autoritate atque Humanitate, aequi bonique consulturus, & si quid hallucinati forte fuerimus beneuole corrigere non sit dedignaturus. Errare enim humanum, quod unicuique, etiam isti, qui prae aliis sapientem se putat, euenire facillime potest. Tu vero

O Pater, o hominum rerumque aeterna Potestas,  
Da facilem cursum atque animis illabere nostris,  
Tuque ades, inceptumque una decurre laborem,  
Nate Patris Summi, Vigor & coelestis Origo.

F I A T !

B

CAP. I.

VIRGIL.  
Æn. L. X. v. 18.  
Georg. I. l. v. 49.  
Æn. I. III. v. 89.  
Georg. I. II. v. 39.  
Æn. I. I. v. 669.  
Æn. L. VI. v. 730.

(n) Auctor quidam, qui se Prolemaeum Vulpium nominat, Astrologo Anglico demonstravit in gewissen Anmerkungen ū

23

24

CAPUT I.

De

Definit. nomin. real. & divis.

§. I.

**D**E Astrologia Iudiciaria Christiano Philosopho indigna dissertatur, merito nobis, ne in receptas disputantium leges impingere, nec GALENI monitum, (a) quo dicit: ἐπὶ πάντων τῶν ζητημένων εἰς λόγον χρη̄ μεταλαμβάνεσθαι τὸ νομα, negligere videamur; a vocum explicatione initium faciendum est. Din autem ut huic immoremur, necessitas haud exigere videtur, siquidem vnicuique, qui Graecae & Latinae linguae limina leviter saltem attigit, facile patet; prius vocabulum, Astrologiae scilicet, ortu esse Graecum, & ex binis coalescere vocibus, quarum vna τὸ ἄστρον sive fidus, altera ὁ λόγος s. sermo audit; posterius autem, descendere a verbo latino *iudicare*, jurtheilen. Ut adeo vi harum vocum Astrologia iudiciaria sermonem de astris iudicantem innuat. Reliqua vocabula in Rubrica dissertationis occurrentia, nulla explicatione, quia sunt perspicua, indigent. Cum vero nobilis ista scientia, quae leges motuum coelestium tradit, & hodie Astronomiae titulo salutatur, de st-

deri.  
 ber das 1703. und 1704te Jahr seiner Prophezehung/das/er/  
 (1) manchen aspect viel Tage zu frühe oder zu späte angefeket/  
 (2) die sonst wichtige Aspect. der Astrol. vergessen / und den ge-  
 ringern dagegen als Bg. Tdec. Oct, SS. gar wichtige operatio-  
 nes zugeschrieben. (3) die applic. seiner Proph. vielmahls auf  
 keine gewisse Art determiniret / (4) sich augenscheinlich contra-  
 diciret / und einem aspect bisweilen uno eodemque loco & tem-  
 pore contrar. operat. zugeschrieben. (5) Er offit solche Sachen prop-  
 phezehet / welche auch ein Bauer ohne diesen aspect wissen  
 könne. (6) Er wie der Teufel / seine Prophezehung auf  
 Schrauben gesehet. (7) Das/ die experienz das contrarium er-  
 wiesen. (8) Das/ er etliche Sachen non ex aspect. sondern ex  
 circumstant. tempor. rerum stat. &c. habe schliessen können. (9)  
 Das/ was zu getroffen / nur per accidens eingetroffen. (a) L. l.  
 method. med. c. 5.

A

deribus quoque iudicet, & olim Astrologiae nomine venerit, sciendum est, ne aequivocatio, foecunda errorum generitrix, errorem pariat: nos hoc loco per Astrologiam non Astronomiam; Sed vanam istam doctrinam, ex certo siderum postu hominum fata pandere allaborantem, intelligere.

§. II. Astrologiae autem vocabulum, idem olim denotasse, quod hodie Astronomia, forte iam notum est, & non proluxae probationis indiget. Potest interim id colligi ex CICERONE, (b) ubi ille variorum Astrologorum, a quibus hoc ex astris futura praedicendi, deque hominum fati iudicandi genus, reprobatum atque reiectum fuit, mentionem facit. Verba ita se habent: *Veniamus nunc ad Chaldaeorum monstra: de quibus Eudoxus Platonis auditor, in Astrologia, iudiciorum doctissimorum hominum facile princeps, sic opinatur, id quod scriptum reliquit: Chaldaeis in praedictione, & in notatione cuiusque vitae ex natali die, minime esse credendum. Nominat etiam Panactius, qui unus ex Stoicis Astrologorum praedicta reiecit, Archelaum, & Cassandrum, summos Astrologos, illius aetatis, qua erat ipse, cum in ceteris Astrologiae partibus excelleret, hoc praedictionis genere non usos. Scylax Halicarnassensis, familiaris Panactii, excellens in Astrologia, idemque in regenda sua civitate Princeps, totum hoc Chaldaicum praedicens genus repudiavit.* His ex verbis Ciceronianis adductis satis elucere arbitror, per Astrologiam non vanam ex astris diuinationem intelligi; Sed praecellaram illam scientiam, motus coelestes sub demonstrationes redigentem, Astronomiam putari, ut ipse Cicero alio in loco, Astrologiam ita describit. Huius rei quoque B. DN. BVCHNERVS in sua oratione, quae inter Festas octava est, & de Mathematicis inscribitur, testis est.

§. III. Significationem vero huius vocabuli duplicem cum Recentiores animadverterent Astronomi, distinctione omnino opus esse putabant. Hinc binas has disciplinas, ut id etiam testatur STRAVCHIVS, (c) a se inuicem separabant, & illam, leges motuum astrorum tradentem, Astronomiam; hanc autem, varios rerum sublunarium euentus & fata, ex diuersa siderum positione iudicantem, Astrologiam

(b) L. II. de Divinat. p. m. 1218, (c) in Aphorismis suis Astrologiacis, p. m. I.

iffer-  
pin-  
rōv  
ne-  
Din  
iquit-  
item  
esse  
five  
ere a  
rolo-  
voca-  
sunt  
mo-  
de si-  
deri-  
fer/  
eget/  
a ge-  
atio-  
auf  
tra-  
rem-  
pro-  
issen  
auf  
e ex  
n ex  
(9)  
L.I.



23

24

logiae iudiciariae titulo insigniebant, penitusque e disciplinarum Mathematicarum numero, ob varias & ridiculas hypothesas, non in coelo fundatas, sed mere arbitrarias, fictas & non demonstrabiles, eiiciebant, quemadmodum apud Astronos celebres, vt KEPLERVM, VVEIGELIVM, STURMIVM, aliosque legere licet. Loquitur quoque de Astronomiae & Astrologiae discrimine tritum proverbium, quod ita est: *Quantum Astronomi mentiuntur, tantum Astrologi mentiuntur.*

§. IV. Salatur Astrologia iudiciaria alio adhuc nomine, *Astromantiae* scil. composito ex τὸ ἀστρο καὶ τῆς μαντείας, (d) & vaticinium ex astris indicante, quod vocabulum priori rem melius exprimere videtur. Vocatur etiam *Chaldaica*, quia Chaldaei prae aliis fere gentibus huic ex astris diuinationi operam impenderunt. Huius nationis nomen omnibus iis, vt ex quibusdam auctorum testimoniis conuincere licet, qui Astrologiam olim profesii sunt, impositum fuit. *IVVENALIS* (e) quando de *TIBERIO*, Astrologiae amatore loquitur, dicit: quod *in angusta Caprearum rupe sederit, cum grege Chaldaeo*. Romanae eloquentiae parens (f) hoc in sensu, hac quoque vtitur voce, eo enim in loco, vbi loquitur de *Tarutio Firmiano*, asserit, istum Chaldaicis, i. e. Astrologicis rationibus fuisse eruditum. *VALER. MAXIM.* (g) vbi de Astrologorum expulsione ex vrbe Roma loquitur, eos Chaldaeos vocat, *EVSEBIUS* (h) Astrologiam quoque Chaldaicam appellat, quando ait: Abrahamum τὴν ἀστρολογίαν καὶ τὴν χaldaϊκὴν εὐρομήν. Posset hic quis dubium mouere & dicere: assertum hoc vestrum non adeo

(d) Duo vocabula, Latinum nempe mendacem & Gallicum menteur, originem ab hac voce graeca μαντείας traxisse putat *BO-DINUS* in *Daemonom.* Edit. nov. P. 2. p. m. 38. dicit enim: *Vielleicht haben die Lateiner und Franzosen Anlaß bekommen / einen Lügner mendacem und menteur zu nennen / i. e. Einen solchen Menschen / der eben so wohl als ein Wahrheitsfager leugt / weil solche Leute gemeiniglich voll Arglist und Betrug stecken.* Num vero haec deductio sit genuina, Criticis indicandum relinquam, disputent isti de ea. (e) *Satyræ X. v. 91.* (f) *L. II. de diuinat. p. m. 1229.* (g) *L. I. c. 3.* (h) *Praepar. Euangel. L. IX. c. 12.*



adeo verum videtur, quia euidenter ex adductis apparet verbis, Astrologiam & Chaldaicam olim non vnam eandemque fuisse disciplinam. Sed respondemus: per Astrologiam sine dubio hoc loco intelligi Astronomiam, per Chaldaicam, Astrologiam nostram. Olim enim, vt supra probauimus, per Astrologiam, Astronomiam quoque intellexerunt, per Chaldaicam autem diuinationem ex astris. Chaldaicam vero hanc, non peculiarem fuisse disciplinam, suadent verba C I C E R O N I S (i) quibus dicit: Chaldaeos non ex artis, sed gentis vocabulo nominatos. Iam vero quia ex his adductis patet verbis, Chaldaeos, teste Cicerone aliisque auctoribus, inuigilantes Astrologiae, ut praedicere possent, quid cuique euenturum & quo quisque fato natus esset, non ab arte, sed a gente suum accepisse nomen; euidenter satis apparet; per Chaldaicam nullam aliam disciplinam, quam Astrologiam posse intelligi.

§. V. Euoluto nomine, recto nunc progredimur pede ad Astrologiae iudiciariae descriptionem, eamque describimus: *Quod sit doctrina vana, impia atque perniciofa, originem praecipue ab Idololatria Gentium ducens, & ex diuersis siderum motibus ac conspectibus, rerum sublunarium fata, suis cum temporibus praedicere docens.* Alii, eam plerumque per scientiam vel artem describunt, sed ne artis quidem vocabulo digna est, tantum abest, ut scientiae titulo salutari mereatur. Cum enim ars secundum Philosophum sit habitus cum recta ratione effectiuus, & scientia cognitio rei per causas, facile quisque, qui Astrologiae fundamenta & regulas perspectas tenet, videbit, eam neque per artem neque per scientiam posse describi. Vanam autem diximus doctrinam, quod fallax, incerta, & nullis suffulta sit rationibus, sed meris figmentis, superstitionibus & fabulis nitatur. Perniciosam vocauimus, eo quod vanis praedictionibus suis animos hominum turbulentos reddat, istos diuerse trahat, variasque opiniones & vitae & moribus hominum nociuas inferat, & vel securos, vel desperatos reddere valeat. Impiam iure appellauimus, cum non solum homines a pietate abducat & ad superstitiones adducat, sed etiam Sacrae Scripturae aduerfetur, quae omnes diuinationes seuerissime interdicit.

dicit. Sunt quidem multi, qui vnum vel alterum Scripturae locum ad probandas suas sententias proferunt, verum ea parum probare, ex infra dicendis plenius eluceſcet.

§. VI. Astrologia vero iudiciaria, quando dicitur, quod varios rerum sublunarium praedicat euentus; hominum fata non tantum, sed etiam integrarum Prouinciarum, Regionum, Urbium & Rerum publicarum praenunciare audet, his enim quoque Astrologi, aſt ſtolide, themata erigere conantur. Hinc variae exortae ſunt Astrologiae diuiſiones, quae apud REYHERUM in ſua *Margarita Philoſoph. p. m. 461.* & ſeqq. ac ROBERTUM FLUDD. alioſque legi poſſunt. Diuiditur autem ea communiter in duas partes, nempe ΕΙΣΑΓΩΓΗ-ΚΗΝ & ΟΥΣΙΩΔΗΝ, vel partem generalem & ſpecialem: Quarum prior agit de variis multisque vocabulis Astrologicis, (k) eorumque explicatione, de multis Tabulis, de Zodiaci, Signorum, Domorum coeleſtium & Planetarum diuiſione & ſignificatione, nec non eorum natura. Et ſic porro. Liceat autem antequam progrediamur, nonnulla Astrologorum commenta illuſtrationis gratia aſſerre, plura enim infra proferemus, ut appareat quam ſtulte ac inepte agant Aſtronomantae.

§. VII. Diuidunt nempe ſigna Zodiaci in aërea & ſanguinea, ut: ♀ ♁ ♃, terrea & melancholica, ut: ♄. ♃. ♁. aquae & phlegmatica, ut: ♃. ♀. ♁. ignea & cholericæ, ut: ♄. ♃. ♁. ſed cur Geminos, Libram & Aquarium, aërea; Taurum vero, Virginem & Capricornum terrea vocarint ſigna, Oedipus exacte iudicet atque ſciuit. De aqueis quibusdam & igneis aliqua forte poſſit dari ratio, ♃ enim & ♁ in ♄ viuunt, quod de ♀ autem dici non poſſet, niſi forte temere urgeant faciem ſcorp̄ii ad ♃ accedentem. Ignea fortalle ab horum animalium natura, quae Δ ea eſſe dicitur, nomen acceperunt. Facile enim ♄ & ♃ excandescunt, & dicitur de ♃ oſibus, ex iis aeque ac chalybe, ſcintillas elici poſſe. Sagittarius procul dubio in numerum igne

(k) Vocabulorum horum lenociniis decipiunt Astrologi ſaepeſſime ſimpliciores, ut ſub ignotis hiſ vocabulis (quae omnes fere natales debent linguae Arabicae) ignorantiae ſuae & δοξασίης ſapientiae alylum habeant.

igneorum fuit relatus ; quia quasi igneo animo animalibus insidias  
 struit eaque interficit. Disperunt porro in *violenta*, ut:  $\Upsilon$ .  $\underline{\alpha}$   $m$ .  
 $\zeta$ .  $\underline{\alpha}$ . & non *violenta*, ut:  $\gamma$ .  $\Pi$ .  $\zeta$   $\Omega$ .  $\eta$   $\tau$ .  $\chi$ . In *masculina di-*  
*urna*, (l) & foemina nocturna. (m) In signa *pulchritudinis*, (n)  
*mediocris pulchritudinis*, (o) & *deformatis*, (p) In signa *paucorum li-*  
*berorum*, (q) & *multorum liberorum*, (r) In *stupida*, (s) *vitiosa, luxurio-*  
*sa*, & quae sunt plures eiusmodi stultae divisiones, quae legi possunt  
 apud Astrologos ipsos. Interea ex iam adductis, Astrologorum patet  
 stulticia. Anne vero quiescunt varia haec in signorum rideula divisi-  
 one? minime: ulterius enim progrediuntur, & ista certis corporis  
 partibus praeficiunt. Sic v. g. afferunt,  $\eta$ . imperare iliis & ventricu-  
 lo,  $\gamma$  ceruici,  $\zeta$  pectori  $\Pi$  brachiis,  $\tau$  femoribus, (t) quale quid et-  
 iam

(l)  $\Upsilon$ .  $\Pi$ .  $\Omega$ .  $\underline{\alpha}$ .  $\tau$ .  $\underline{\alpha}$ . (m)  $\gamma$ .  $\zeta$ .  $\eta$ .  $m$ .  $\zeta$ .  $\chi$ . (n)  $\Pi$ .  $\eta$ .  $\underline{\alpha}$ .  $\tau$ .

(o)  $m$ .  $\underline{\alpha}$ .  $\chi$ . (p)  $\gamma$ .  $\zeta$ .  $\zeta$ . (q)  $\Upsilon$ .  $\Pi$ .  $\Omega$ .  $\eta$ . (r)  $\gamma$ .  $\zeta$ .  $m$ .

$\chi$ . forte quia haec animalia multis oculis abundant. (s)  $\gamma$ .  $\zeta$ .  
 forsan virtutes suas haec signa Astrologis communicant. (t) videat  
 quis, an rationem aliquam horum officiorum inuenire queat? In-  
 cludit haec animal. coelest. officia in corpore humano quibusdam versu-  
 bus German. PHILIPP. CAES. a ZESEN, in *Astronomi-*  
*co suo Poetico*, p. m. 19. qui ita se habent:

Der Widder hält das Häupt; der Stier das Halsgenicke /  
 Der Zwilling Arm und Hand; der Krebs der Brüste Thron.  
 Der Löw das Herze selbst; die Magd das Magenstücke /  
 Die Waag die Nabelschnur; die Schaam der Scorpion /  
 Der Schüz das Hintertheil; das Knie der Boek ingleichent  
 Der Wassermann das Bein; den Fuß der Fische Zeichen.

MANILIUS, *vetus Poeta haec officia ita recenset;*

Namque Aries capiti; Taurus ceruicibus haeret,  
 Brachia sub Geminis censentur, pectora Cancro.  
 Te Scapulae, Nemaee, vocant teque Ilia, Virgo,  
 Libra colit elunes, & Scorpius inguine regnat.  
 Et femur Arcitenens, genua & Capricornus amavit,  
 Cruraque defendit Iuuenis, vestigia Pisces.

vid. STRAUCH, *Aph. Astrol.*, p. m. 27.

23

24

iam afferunt de Planetis. Solis enim dominio cor, nervos, Dae cerebrum, ventriculum & abdomen, ♀ is mammas, renes, genitalia subiiciunt. Plura eiusmodi commenta legi possunt apud BEUTELIUM in *Arboreto Mathematico*, (ubi p. 312. & seqq. ex instituto de Astrologia agit.) ABD. TREVV, in *Nucl. Astrol. correctae*, F. MAURITIUM in *Calend. perpet. practico Oeconomico*, CLAUD. DARIOTUM, in *Introduct. ad Astorum Iudicia*, & imprimis in eius fragmento, de morbis & di-  
bus Criticis ex Astorum motu cognoscendis p. m. 71, seqq. (Prodiit hic lib. Lugdun. in 4to 1557.) & ANONYM. in Libro de Methodo Curandi morbos Mathematica, (u) longeque apud plures alios.

§. VIII. Progredimur ad posteriorem Astrologiae partem, quae ΟΥΣΙΝΔΗΣ audit, & rursus in duas dispescitur partes, quarum prior *πολιτικη*, posterior *γυνεθλιακη* appellatur. Illa integris Regionibus, Urbibus, (vv) & Rebuspubl. fata praedicat, themataque erigit, Certis enim regionibus Planetas praeficiunt, sic v. g. dicunt 24 praeesse Hispaniae, Misniae, Sclauoniae, Hungariae, quod dominium quoque adscribunt signis coelestibus. vid. STRAVCHIVM (x) (O delirationem incredibilem!) Haec autem ex constitutione & positu astrorum  
tem-

(u) Prodiit hic lib. Francof. in 4. 1613. Mirandum autem est, quod Astrol. suas vanitates extendant tam longe & ex sideribus morbos curare audeant. Multi adhuc sunt, qui hunc modum non negant, Astrologiaeque studium valde Medico suadent, ut faciunt Moeb. in *Fundament. Medic. Physiolog.* p. m. 86. 87. seqq. Marfilus Ficini. *L. II. de Vita coelitus comparanda.* p. m. 108. &c. Quibus autem contradi-  
dicit LEONHARDUS FICHIUS in suis *Institut. Medic. L. II. Sect. I. C. 2.* p. m. 195. ubi asserit: Astrologicas vanitates certissimum esse Medicae artis impedimentum, in quam sententiam & nos ire non veremur, (vv) Ciceroni *L. II. de divinat.* p. m. 1229. permirum & ridiculum videtur, Astrologos velle urbibus ex sideribus fata praedicere. Hinc dicit: Etiamne urbi natalis dies ad vim stellarum & Lunae pertinet? fac in puero referre, ex qua affectione coeli primum spiritum duxerit: num hoc in latere, aut in caemento, ex quibus urbs effecta est, potest valere? Sed quid plura? quotidie refelluntur, (x) in *Aphorism. Astrolog.* p. m. 185.





tempore natiuitatis cuiusque hominis apparentium, fata futura exponit. Alias diuisiones partis huius Astrologiae specialis affert, vt supra diximus, REYHERVS, (γ) cui Astrologia diuiditur in *Vniuersalem* & *Particularem*. Illa eadem est, quae in §. VI. *generalis; particularis*, quae *specialis* dicebatur. *Particularis* autem, quae circa res priuatas versatur, iterum duplex est, vel *Electiua*, vel *Iudicatiua*. *Electiua*, ex certa siderum dispositione, certa tempora ad has vel illas actiones obduendas, constituit, & rursus est vel *Iatrica* vel *Oeconomica*, quarum ista certos dies & horas, certaue anni tempora in morborum curatione & medicamentorum assumptione obseruanda praescribit; haec vero ad varia negotia domestica, vt plantationem, sationem, lignorum caesionem &c. certa eligit tempora. *Iudicatiua* autem seu *Genethliaca* ista est, cuius paulo ante mentionem fecimus, vbi dicebatur, quod ex varia constellatione tempore natali, cuiusq. hominis felicitatem & infelicitatem futuram, iudicare maxime sit sollicita. Plures diuisiones & infelicitatem futuram, iudicare maxime sit sollicita. Plures diuisiones non lubet afferre, iis enim non immorabimur, legere qui desiderat, adeat REYHERVM ante citatum & ROBERTVM FLVDDIVM (ζ) aliosque. Nos interim pergemus ad

CAPUT II.

De

*Astrologiae Iudiciar. Inuent.*

*& Origine agens.*

§. I.

**A**D inventionem Astrologiae iudiciariae quod attinet, variae variorum de ea prostant sententiae. Scriptores enim profani, vt plerumque in rebus vetustate oblitteratis fieri solet, maxime inter se dissentiunt. Esse autem Astrologiam disciplinam admodum antiquam, passim ex sacris literis elucet, ubi Deus seuerissime interdicit, ne populus suus, vana diuinorum commenta ex astris imitatum eat. Sunt, qui Sethum eiusque nepotes primos Astrologiae inuentores asserunt, eumque in finem, ad probandum assertum,

C

locum

(γ) in *Margarit. Philosoph. p. m. 461. seqq.* (ζ) *Tract. II. Part. X. L. I. C. 2.*

23

24

Iocum aliquem ex diligentissimo Antiquitatum Iudaicarum scriptore, Iosepho nempe, adducunt, (α) in quo asseritur: Sethum eiusque nepotes hanc excogitasse scientiam sideralem. Dicit enim Auctor, quod ille, cum eo aetatis peruenisset, ut iam quod rectum, discernere a malo potuisset, virtuti se dedidisset, & cum vir optimus euasisset, etiam nepotes sui similes, qui sideralem scientiam inuenissent, & coluissent, post se reliquisset. Per hanc vero σοφίαν περί τὰ ἐξάνια καὶ τὴν τῶν διακόσμησιν ut loquitur Auctor, non Astrologiam Iudiciariam sed Astronomiam esse intelligendam, inde concludo: quod Sethus eiusque nepotes, ut ipse testatur Iosephus, viri fuerint limati iudicii, ita, ut verum a falso, bonum a malo discernere potuerint. Credibile itaq. non est, diuinatricem hanc artem, quae mala est, ipsos excogitasse. Alii Abrahamum huius doctrinae inuentorem faciunt, quos interest Eusebii, (β) qui asserit: Abrahamum τὴν ἀστρολογία καὶ τὴν χαλδαϊκὴν ἐγγέν. Per Astrologiam autem hoc loco non Astromantiam, sed potius Astronomiam esse intelligendam, supra iam tum §. IV. C. I. innuimus, & ex sequentibus verbis id quoque patere existimo, ubi dicitur: Abrahamum diuino iussu rerum suarum in Phoenicia collocato domicilio, Phoenices docuisse τὰς τρωαὶς ἥλιος καὶ σελήνης.

§. II. Qui seruo Abrahamo inuentiois Astrologiae gloriae tribuunt, suae sententiae ut aliquod robur concilient, ad ipsum Abrahami prouocant nomen, ex quo asseritum suum probatum eunt. Facit hoc EDMUNDUS DICKINSON, in Physica sua Veter. & Vera, (γ) ubi ita inquit: Non desunt, haud infiteor, qui negant Abrahami Astronomum, quod ab illis certe neq. docte, neq. cogitate factum. Nam praeterquam quod veterum memoriae celebrant eius scientiam sideralem, vix incredibile est, virum natum in Chaldaea, atque educatum a Patre, qui teste Philone Iudaeo fuit egregius Astrologus & Mathematicus, non ea disciplina fuisse instructum. Res ipsa videtur esse clara ex ipso viri celeberrimi nomine. Nam, cum pater eius Thera siderali scientia praekonceptat filii sui sublimem ingenium, suamque perfectionem Astrologicam, dedit ei nomen Abram, (ab hebr. אַבְרָם & אַמְרָ ) quod significat virum coeli & sublimem patrem, eminentem

(α) L. I. Antiquitat. Iud. C. 3. p. 8. Edit. Colon. (β) L. IX. C. 7. Praep. Euangel. (γ) C. IX. §. 12. p. m. 187.



tem scilicet Astrologum, aetheraeque naturae scrutatorem. Favere videtur quoque huic sententiae EUSEBIUS (δ) ita inquit: Τί δ' εἶσοι τὸν Ἀβραάμ παραφέρουσι; μετεωρολόγος τίς ἦτος καὶ τῆς τῶν ἀστέρων θεωρίας, τῶν τε κατ' ἕραν μαθημάτων εἰδήμων τὸ πρῶν, ὅτι τῆς Χαλδαϊκῆς μυστικῆς σοφίας, γεγονώς, Ἀβραάμ ἐκαλεῖτο. τῆτο δ' ἑλλήνων φωνὴ πατέρα μετέωρον σημεῖν. i. e. *Quid si Abrahamum proferam? ille nimirum antea, dum sapientiam Chaldaicam profiteretur, in verum superiorum disputatione occupatus, atque insiderum, quae ad coelum pertinent, omnium contemplatione assiduus, Abraham vocabatur, quae vox Graeca, sublimen denotat patrem.*

Quid sit sentiendum hac de re, & an ideo Abrahamo tale nomen sit impositum, Criticis discutendum relinquam. Interim idem Auctor EUSEBIUS, qui ante Astrologiae inventionem Abrahamo assignarat, eandem ipsi prope finem C. 17. L. IX. rursus dubiam reddit. Dicit enim: quod quidem Abraham Aegyptios Astrologiam aliaque multa docuisset, inventionem eorum, quae protulisset, ita tamen Babylois & Abrahamo esset tribuenda; ut istorum Princeps & Autor Enoch haberetur. Afferit etiam EUSEBIUS: τῆτον nempe Enoch, εὐρεῖναι πρῶτον τὴν ἀστρολογίαν. Quocunque autem modo res sese habeat; siue accepit nomen ab astrarum contemplatione, ut antea dicebatur, siue aliunde: credibile tamen non est, & Enochum & Abrahamum venerationis istius auctores fuisse, eique multum obtemperasse. De Enocho enim C. V. Genes. legimus; istum piam duxisse vitam, eumque etiam ob pietatem suam singularem, sublatum fuisse a terra: & de Abrahamo constat, illum itidem virum probitate pietateque fuisse conspiciuum, ambulantem coram Deo.

§. III. Alii Atlantem, qui coelum, ut finxerunt Poëtae, humeris sustinere dicitur, primum Astrologiae inventorem perhibent. EUPOLEMUS, cuius verba EUSEBIUS adducit, (ε) inquit, Atlantem fuisse Enochum, qui Mathusalem habuisset filium, quem Angeli Dei doctrina Astrologica erudiissent. Num vero Enoch olim quoque Atlas fuerit vocatus, iam non disputabo, alii in huius

(δ) L. XI, C. VI. Praep. Evang. de recta apud Hebr. nimirum impositio-  
ne (ε) L. IX, C. XVII, Praepar. Evangel.

23

24

rei veritatem inquirant. NATAL. COMES, (ζ) Atlantem virum a-  
 storum cognitione egregie fuisse imbutum, eumque saepius, fide-  
 rum cursus ut eo feliciter faciliusque specularetur, in montem quen-  
 dam altissimum conscendisse, asserit, qui mons postmodum ab ipso  
 Atlante, in propinquum mare, montem alluens, per errorem dela-  
 pso ac mortuo, nomen accepisset Atlantis. Alii fabulantur, Per-  
 seum eum in montem conuertisse. Forte autem, huius montis  
 verticem, quia nubes interdum olim obtegisse obseruarunt homines,  
 Poëtis anfa fuit data fabulandi, istius humeris coelum excipi. Hinc  
 VIRGILIUS ita canit: (η)

— — — — — Ubi maximus Atlas,  
 Axem humero torquet stellis ardentibus aptum.

DIODORVS SICVLVS (θ) aliam rationem affert, cur olim ho-  
 mines dixissent, Atlantem humeris suis sustinere coelum. Libro  
 enim infra citato ita inquit: *Habuit Atlas Sphaeram siderum artifi-  
 ose elaboratam, qua, quia ad siderum motus accurate cognoscendos,  
 saepius usus est, temporis istius homines, totum mundum suis gestare hu-  
 meris putarunt.* Idem autor loco citato dicit quoque, Atlantem Her-  
 eulem in Astrologia instruxisse, & quidem ideo, vt rependeret Her-  
 euli grates, ob filias a plagariis exhorto quodam abreptas, sibi iterum  
 restitutas. Hinc forte est, quod Astrologiae inuentor fuerit habitus  
 Atlas.

§. IV. Multi Aegyptiis, Chaldaeis & Caribus, honorem inuen-  
 tae Astrologiae adscribunt. EVSEBIUS (ι) inquit: *Ἀστρολογίαν δὲ  
 πρῶτοι εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν Αἰγύπτιοι, ὁμοίως δὲ χaldaειοι. εἰσι  
 δὲ οἱ Κάρας τὴν δ' ἀστὴν πρόγνωσιν ἐπιτενομέναι λέγουσι.* h. e. Aeg-  
 yptii primum simul cum Chaldaeis, in humanum genus inuenerunt Astro-  
 logiam. Sunt quidam qui artem praedicendi ex astris, a Caribus exco-  
 gitatam fuisse dicunt. His autem verbis contrariari videtur assertum  
 DIODORI SICVLI, qui (κ) Graecos, non Aegyptios Astrologiae  
 primos inuentores fuisse asserit. *Cum enim, inquit, in Graecia diluui-  
 o op-*

(ζ) in sua Mytholog. L. IV. C. VII. p. m. 332. (η) L. IV. Aen. v. 481. 482.  
 (θ) L. IV. Hist. Bibliothec. p. 233. Edit. Rhodomann. (ι) L. X. C. VI.  
 Praepar. Euangel. p. 425. (κ) L. V. p. 328.



pressa, maxima pars hominum fuisset interemta, literarumque monumenta simul deleta: hac Aegyptiis occasione data, ii Astrologiae studium sibi proprium reddiderunt. Cumque Graeci per ignorantiam, literarum culturam non amplius sibi vendicassent: ipsos omnium primos astrorum notitiam reperisse, rumor inualuit. Tribuitur quoque Thebaeis inuentio Astrologiae exactior, ut videre licet apud eundem auctorem iam allegatum, L. I. p. 46. ita scribentem: Οἱ δὲ Θεβαῖοι φασὶν εἶναι αὐτὰς ἀρχαιοτάτας εἶναι πάντων ἀνθρώπων, καὶ παρ' ἐαυτοῖς πρώτοις φιλοσοφίαν τὴν ἐυηθόειαν καὶ τὴν ἐπὶ ἀρετῆς ἀστρολογίαν.

§. V. Alii Zoroastrem pro primo Astrologiae inuentore venditant, quos inter esse videntur *JUSTINIVS*, (λ) & *PLINIVS*, (μ) Ex nominis interpretatione ut supra ex Abrahami, quidam eum astrorum fuisse cultorem, probare volunt; deducentes nomen a *Zor*, quod filium, & *Esber*, quod stellam significet. De qua autem etymologia huius nominis Zoroastris, plura videri possunt apud *STANLEYVM*, (ν) Sunt qui a Deo ipso Astrologiam originem trahere putant, quos interest *TOB. BEVEL*, (ξ) qui ad suam sententiam probandam valde laborat, & inter alia etiam dictum *Gen. C. I. v. 15.* adducit. Quam falsa autem sit probatio, ex infra dicendis plenius constabit. Huic *BEVELII* asserto, e diametro aduersatur *LVDOVIC. COEL. RHODIGIN.* sententia, (ο) qui Diabolum pro Astrologiae inuentore habet. Nec immerito. Semper enim ille tenebras offundit, veritatem caligine obducit, hominesque variis eiusmodi superstitionibus a via ad salutem ducente, abducit. Ad stipulatur etiam huic sententiae *B. LUTHERUS*, (π) qui eam itidem pro Diaboli inuentore habet. Alii Adamo huius inuentorem, a Deo ipsi inditam, quod vero non credibile, acceptam referunt.

§. VI. Ceterum quicumque tandem Astrologiae proferantur Auctores, certum tamen est, ad minimum probabile, istius imprimis Auctores esse Assyrios, Chaldaeos, Babylonios, (ε) ut testis est hanc

C 3

(λ) *L. I. C. I.* (μ) *L. XXX. C. I. Hist. Nat.* (ν) *in Phil. or. p. 190. seqq.* (ξ) *in Arboret. Mathem. p. 325.* (ο) *L. II. C. XII p. m 73 Lect. Antiqu.* (π) *in colloqu. ita dictis mensal. C. 37. p. 426. edit. vet.* ε) *de different. vocab. Chald. & Babylon. vid. Voss. Th. Gentil. L. XI. C. 47.*

hanc in rem CICERO (σ) ita inquit: Principio Assyrii, ut ab ultimis auctoritatem repetam, propter planitiam, magnitudinemque regionum, quas incolabant, cum coelum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motusque stellarum observarunt: quibus notatis quid cuique significaretur, memoriae prodiderunt. Qua in natione Chaldaei, non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati, diuturna observatione siderum scientiam putantur effecisse, ut praedici posset, quid cuique euenturum, & quo quisque fato natus esset. Cur vero prae aliis gentibus adeo excelluerint in Genethliaca Chaldaei, ratione satis ridicula probare nititur, PTOLOMAEVS, dicens: ideo eos in ista excelluisse, quod Virgini & Mercurio fuissent subiecti. (τ) Ast falsa & risu digna haec est ratio adducta; verior est Ciceronis, quam paulo ante una cum aliis protulimus verbis, ubi asserbatur: Chaldaeos potuisse eam addiscere propter planitiam magnitudinemque regionum, cum in camporum patentium aequoribus habitassent, nihilque e terra eminuisset, quod contemplationi coeli & siderum efficere potuisset.

§. VII. Quoniam vero hi populi erant Ethnici, maximeque Idololatriae intenti, ita ut sidera haberent pro Diis: recte supra in descriptione diximus: Astrologiam praecipue ab Ethnicorum idololatria ortum suum duxisse. Isti autem non solum Assyrii, Chaldaei & Babylonii, ut sacro ex Codice & VOSSIO (φ) patet, sed & ipsi Iudaei coeli sidera religiose coluerunt, quod ex IEREM. C. XLIV. v. 17. & C. VII. v. 18. elucet; ubi dicitur, quod מַלְאָכֵי הַשָּׁמַיִם (χ) adorassent, ei sacrificassent, placentasque immolassent. (ψ) Persae

(σ) L. I. de diuinat. p. m. 1204. (τ) Astrologi, ut supra audiuimus, signis & Planetis certa Regna tribuunt, eaque ab eorum potestate regi affirmant. (φ) de Th. Gentil. (χ) Quid per Reginam coeli intelligatur, commentatores inter se non conueniunt. Quidam enim per istud nomen varias coeli tempestates intelligunt, quorum in numero habetur B. Lutherus, qui in notula versui Cap. cit. subiecta, inquit: Melecher heisset Würfung, des Himmels aber ist das er Regen / Thau / Schnee / Frost / Hitze / Licht / in summa allerley Wetter giebt. Alii dicunt hanc vocem astram maiora denotare, quae ex gen-

(ψ) Persae, ut testantur IUSTINVS (ω) & CVRTIVS, (αα) solem Deum esse crediderunt, eique sacratos equos tulerunt, quod & Reges Iudae fecerunt, ut patet ex L.II. Reg. C.XXIII. v. II. ubi de Rege Iosia dicitur: cum equos in solis honorem positos, nec non currus solares publice comburi curasse. Qua de re vid. plur. apud HILDEBRANDVM. (EE) Solem & Lunam Lybios adorasse, Herodotus auctor est. Phoenices, Arabes, Graecos, Aegyptios & Romanos in Deorum numero posuisse astra, iisque varias potestates terrena haecce regendi tribuisse, abunde testantur, EDOARD. HERBERT. de CHERBURY. (γγ) & VOSSIVS. (δδ) Hodie in Asia & America adhuc multi inveniuntur populi sidera colentes, ut hinc & inde itineraria docent. Testatur hoc etiam abunde CHRIST. ARNOLDVS (εε) multis in locis.

§. VIII. Hicmos autem adorandi sidera apud Gentiles procul dubio non temere, & absque ratione, ut quidam credunt, ab iis fuit institutus. Nemo enim hominum tam insanissimum fouet errorem, nisi ratione aliqua admodum praegnante ad hoc vel illud faciendum impellatur. Iam vero Ethnicis p. ex naturae instinctu, (ζζ)

P.

*tilium opinione coelum & terram rexissent. Sed non opus est, operose scrutari, Propheta enim se explicat. C. VIII. v. 2. [ quae verba sub finem C. VII. inveniuntur, ad C. VIII. autem pertinent ] ubi expressis verbis Solem & Lunam & reliqua sidera, quae coluerunt Iudaei, adducit. Apud Horat. in Carm. Saecul. p. m. 154. v. 35. Luna dicitur siderum Regina, his verbis: Siderum Regina bicornis audi*

Luna puellas.

(ψ) De his placentis dicitur, quod effigiem idoli, cui offerebantur, habuissent. Rab. Salomo inquit, his placentis effigiem magnae cuiusdam stellae, quam Reginam coeli dixissent, fuisse impressam. Alii alias de iis fouent sententias. Euolui possum hanc in rem, Hildebrandi Antiquitat. Bibl. p. m. 75 seqq. (ω) L. I. C. X. (αα) L. III. C. III. (EE) in Antiquitat. Bibl. p. m. 68, seqq. (γγ) in Tract. de religione Gentil. (δδ) in Th. Gentil. (εε) in dem Anhang an Rogeri Heydenthum. p. m. 962. 986. &c. (ζζ) Afferit hoc ipse Cicero L. II. de Nat. Deor. p. m. 1178. dicens: Omnibus innatum est, & in animo quasi inscriptum esse Deos. (εε)

23

24

p. ex assidua corporum mundanorum contemplatione (m) constabat: dari Ens aliquod, regens, gubernans & conseruans vniuersi huius mundi machinam. Hinc, cum continuo corpora coelestia aspicerent & cum stupore quasi imprimis solis & lunae perpetuum, constantem & regularem motum, nec non fulgorem horum corporum amoenum animadverterent; rationaliter ea pro Diis se habere arbitrabantur. Concludebant enim ex iam adductis attributis, sidera & mente esse donata, ipsaque esse Deos, omnia sublunaria regentes atque fovescentes. Verum oculis animi paulo penitius inspicere debuissent, quae ex oculorum tantum sensu iudicabant. Potuissent enim utique ex hac aspersione astrorum, summum Numen quod his in operibus suis mirabilibus, iis se manifestauit, cognoscere. Et praeterea multa de Deo ex traditione eos accepisse, nullum dubium est. Verum enim vero Ens istud de quo ipsis aliquid constabat, non ulterius perscrutati sunt, ut quidem debuissent, & non laudarunt ut verum Deum. Quapropter dum se sapientes, ut inquit Apostolus, putarunt, obscuratum est cor eorum insipiens, stultique facti sunt in suis cogitationibus, & mutarunt incorruptibilem Numinis gloriam in similitudinem imaginis hominis, corruptioni obnoxiae, & coluerunt creaturas, atque eis seruierunt magis quam Creatori, ut pluribus hoc ostendit PAVLVS Apost. (99) Quo etiam pertinent corpora coelestia, quae ex mero aspectu & attributis variis, Deos esse iudicarunt. Hinc Apostolus I. c. eos, quia scivissent Deum esse, cum autem cognoscere noluisent, ἀπειρολογία appellat.

§. IX. Liecat autem adhuc plura, faciunt enim ad rem, proferre testimonia, (quaedam in §. VII. iam tum produximus) quibus probatur, sidera Gentiles non tantum tanquam Deos coluisse: verum etiam

(m) Idem Auctor Lib. cit. p. m. 117. inquit: Quid potest esse tam apertum, tamque perspicuum, cum coelum suspeximus, coelestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod Numen praestantissimae mentis, quo haec regantur? quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Eanius?

Aspice hoc sublime candens, quem inuocant omnes Iouem.  
(99) Rom. I. 20. -- 26.





am ex attributis, in §. antecedente adductis, pro diis habuisse eaque terrena haecce regere, credidisse. Prodeat in medium Romanorum Orator CICERO, qui de mirabili, eoque constanti stellarum erraticum motu differens, in haec tandem erumpit verba: (u) *Hanc in stellis constantiam, hanc tantam tam variis curvis in omni aeternitate conuenientiam temporum, non possum intelligere sine ratione & consilio. Quae cum in sideribus inesse videamus, non possum ea ipsa non in Deorum numero reponere. Quale iudicium quoque fert de fixis, quando ait: earum autem perennes cursus atque perpetui, cum admirabili, incredibilique constantia, declarant, his vim & mentem esse dinam: ut haec ipsa qui non sentiat, Deorum vim habere, is nihil omnino sensurus esse videatur.* Et paulo post: *Coelestem ergo admirabilem ordinem, incredibilemque constantiam, ex qua conseruatio, & salus omnium, omnis oritur, qui vacare mente putat, is ipse mentis expertus habendus est.* Haec Cicero. Sifat se nunc quoque DIODORVS SICVLVS, (xx) qui asserit: quod vetustissimi in Aegypto mortales mundum supra se contemplati, & non sine stupore admirati vniuersi naturam, duos esse Deos existimassent primos; (λ) Solem quippe & Lunam, (μ) quorum istum Osirim, hanc Isim ab etymo quodam appellassent. Nam si Graece (ulterius Auctor ait) interpretaretur Osiris, denotaret multoculum, & quidem non immerito; cum radios quâqua mitteret, uniuersamque terram & mare multis quasi oculis collustraret, qua cum opinione etiam Pœetae consonare versus:

Ἡελίος ὁ δὲ πάλιν ἑφεσῶ καὶ πάλιν ἑπακῆα.

Idem Auctor paulo post confirmat, credidisse veteres; hos Deos ☉ & ☽ gubernare mundum, omniaque in ea nutrire & augere. Tandem EDOARD. HERB. de CHERBVRY (vv) testatur, quod Gentiles, cum tempestates turbulentas oriri ab Orione, Arcturo, Corona,

D

rona,

(u) L. H. de natura Deor. p. m. 1182. (xx) L. I. Biblioth. Hist. p. 11. (λ) Corpor. Coelest. imprimis ☉ & ☽. primos constituisse Deos. vid. dissertat. M. Schulzii hic Lips. 1706 habit. de πολυθεότητι Gentil. ab ips. Gentil. confutat. C. I. §. λ. & X. (μ) Acgyptii Lunam vocarunt τὴν μητέρα τῆ κόσμου. (vv) in Tr. de Relig. Gem. C. II. p. 11. & C. VIII. p. 69.

rona, ventos ab Hoedis & Capella, pluuiam ab Hyadibus & Pleiadibus, aestum a Caniculis, Sirio nempe & Procyone, obseruarent, his sideribus cultum exhibuissent diuinum.

§. X. Inter haec autem sidera iam adducta, maxime cultus fuit, tum apud Aegyptios, tum apud Romanos, Sirius, stella inter fixas primae magnitudinis fere maxima & splendidissima. Dicitur autem Σείριος, ἀπὸ τῆς σείρω, hiare, quia exoriente hac stella simul cum sole, terra ab aestu solis nimis exsiccata plerumque dehiscit, vel α σείρω, quod idem denotat atque arefacio, quia olim hanc stellam aestu suo vehementi, terram exsiccando arefacere, creditum est. Vim ipsi adscriptam describit VIRGILIVS (ΞΞ) ita:

*Iam rapidus torrens sitientes Sirius Indos  
ardebat coelo,*

& alibi (οο)

*aut Sirius ardor.*

*Ille sitim, morbosque ferens mortalibus aegris;  
Nascitur, & laeso contristat lumine coelum.*

Hanc itaque ob causam Romani, confirmante hoc etiam VOSSIO, (ππ) Sirium, ne frugibus nimio suo aestu damnum inferret, religiose coluerunt, & non longe a porta Catularia Romae, canem quotannis ipsi immolarunt: Inde quoque haud obscurum est, cur Rubigini, (εε) praec-

(ΞΞ) L. IV. Georg. v. 425. (οο) L. Aen. X. v. 273, 274, 275. (ππ) in Theolog. Gentil. L. II. C. XXXVI. (εε) Legunt alii Rubigini. Quis autem fuerit Rubigo vel Rubigo paucis videbimus. Coluerunt veteres Deum, quem Rubiginem, Robiginem, & Robigum vocarunt, eo, quod a legibus virium aliquod, malam nempe rubiginem, ne esset culmos, [ ut loquitur Virgil. L. I. G. v. 150. ] a qua nomen quoque accepit, auertere istum posse, crederent. Proinde ipsi instituerunt, occidente Sirio cosmice, sacra aquae nominarunt Robigalia, ut patet ex Onidii verbis in §. aduētis. Columella, L. X. ita haec de re inquit:

Hinc mala rubigo virides ne torreat herbas,  
Sanguine lactantis catuli placatur & extis.

Celebrabantur olim haec Sacra tempore vernali, [ vid. Matth. Dresser. de Festis diebus Christian. Iudaeor. & Ethnicorum p. m. 84. ] die

praeter ouem, etiam canem sacrificarint, Uti id testatur **OVIDIUS**,  
(σσ) inquit:

*Flamen in antiquae lucum Rubiginis ibat,*

*Extra canis flammis extra daturus ouis.*

& paulo post,

*Est canis, Iarium dicunt, quo sidere moto*

*Tollastu itellus, praeripiturque seges.*

*Pro cane sidereo, canis hic imponitur aras,*

*Et quare hoc fiat non nisi nomen habet.*

§. XI. De Solis & Lunae cultu apud varias gentes; de imaginibus eorumque delubris multa hic possent proferri, si necessitas exigeret. Videri interim possunt hoc de cultu **VOSIUS** saepe citatus,

**HERB. de CHERB. PHILIPP. von Zesen** in seinem seiner **ASSENAT**  
D 2 bey

*XXV. Aprilis s. d. VII. Cal. Maii, quia tempore isto vernali rubigo segetem imprimis occupat. Putabant hi, provenire malum hunc effectum a Cane coelesti, isto tempore cum O occidente, sed falsum hoc est, & anilis fabula. Oritur enim Rubigo, quae Germ. audit. Der Sonnen-Brand / nulla alia a causa, quam ab effluviis acrioribus & acidis tempore verno e terra copiose una cum aliis vaporibus exeuntibus, & cum pluvia iterum decidentibus, quae acrimonia, teneros frugum adhuc tubulos & fibras corrodit & exedit, quo facto, nutritio turbatur, & planta marcescere atque perire cogitur. Accedente Solis aestu, colorem contrahit arista ex rubro nigricantem, unde etiam forte nomen accepit hoc vitium, weil die Aehren / so es betroffen / gleichsam verrostet aussehn. Pleurumque rubigo infestat fruges, quando tempestate calida & sole splendente pluvia tenuis cadit, quam rustici vocant, den Meelthau / cuius plurimae guttulae, ut ipse saepissime observavi, conspersione sunt spissioris, & ad luteum colorem vergunt. Haec materia corrosiva, ni statim accedat pluvia iterum istam abluens, sed tempestas sequatur calida, non parum detrimenti affert frugibus, foliis & floribus arborum. Excitat enim in foliis vesiculas innumeras ferruginei coloris, in quibus interdum crescunt vermes. Inde autem forte patet, quia vescuntur homines fructibus acris hac materia vermibusque conspersis, cur una anno magis grassetur dysenteria quam in altero. (σσ) L. II. Fast.*

23

24

beygefügten Anmerkungen. ROGERIVS in seiner offnen Thüre zum verborgenen Heydenthum / & imprimis ARNOLDVS, in seinen / an Alexand. Ross, unterschiedliche Gottes- Dienste der Welt; Anhang der alten teutschen Wochen Bösen / ubi figuris aeneis, Solis, Lunae, ut & reliquorum Planetarum imagines expressae inveniuntur. Ne autem penitus intactam relinquamus hanc materiam, pauca saltem, venia L. B. de Idolis Lunae, Veneris, Martis ac Iovis afferre liceat, a quibus olim nonnullae urbes & loca in regionibus quibusdam Germanicis, (vv) vbi collocata fuerunt, sua accepere nomina. Unde Hamburgum suum sortitum est nomen, nonne a Ioue Hammonne? cuius idolum ibi positum legimus. (PP) Unde Magdeburgum suum accepit nomen, nonne a Venere? (XX) cuius idolum in templo quodam ad Albim stetit, (ΨΨ) vbi hodie adhuc eius conspiciuntur rudera. Unde Martisburgum suum adeptum est nomen, nonne a Martis imagine

(vv) Cultus Solis & Lunae in German. a Iulio Caes. Lib. VI. C. 21. p. m. 159. de Bello Gallico, his indicatur verbis: Deorum numero eos solos ducent, quos eernunt, & quorum opibus iuuantur, Solem, Vulcanum & Lunam. Cur Sol, quod obiter notamus, in lingua Germanica sit generis foeminini, contra vero Luna in eadem generis masculini, ostendit Hildebrandus in Antiquitat. Script. Sacr. p. m. 69. ubi ita inquit: Habuerunt Germani duos primarios Deos, gentis suae Autores; quorum alter Teuto, unde dicimus germ. der Mann. Hic post obitum caelo receptus, Luna facta creditur, quae inde adhuc dicitur der Mond. Huius Teutonis seu Manni uxorem crediderunt fuisse dictam Sanata, quae post obitum in coelum recepta fuerit, Sol die Sonne dicta. Hinc est quod sola in lingua Germanica Sol, sit generis foeminini. (PP) Pomar. in der Nieder-Sächsischen Chron. (XX) Venerem olim quoque gefisse nomen Megada, vel Magd, restatur, si fides ipsi adhibenda, Philipp. von Zezen 1 von der Heydnischen Gottheiten Herkunft. p. 692. (ΨΨ) Irid. Pomarii Chron. citat, p. 34, ubi prolixè hac de re agitur.



gine ibi posita? (ww) Unde Lüneburgum ita vocatum est, nonne a Luna? uti id testatur Pomarius, (N) qui ita inquit: Lüneburg hat seinen Nahmen von dem Abgott Luna, welchen Kayser Iulius dahin setzen lassen / weil er den Ort und Burg / so etwan daselbst gewesen / bey Mondenschein gefunden. Das Bild hat gestanden auff einer hohen Seule in gestalt eines Mannes mit langen Ohren / einen verguldeten Monden vor sich habend. Dem erwiesen sie göttliche Ehre und nannten ihn Luna, das Schloß so nur die Burg genennet wurde / bekam hernach den Nahmen Lüneburg / mutato u in ñ, & a in e. Pari ratione urbs Soltquella, Germa. Soltwedel / ab idolo Solis, testante hoc eodem Auctore iam allegato p. m. 48. & 49. nomen accepit. Verba Auctoris haec sunt: Soltwedel hat seinen Nahmen gleichfals von dem Abgott der Sonnen / dessen Bild man daselbst gefunden / welches in einem Tempel gestanden / und die figur eines halben Menschen praesentiret. Auf der Brust hat er gehabt ein grosses Rad mit brennenden Kerzen / umb das Haupt aber lauter gelbe Strahlen / so den Glanz bedeutet haben. Dieser Abgott wurde dazumahl von denen Leuten angebethet / und Sol genennet. Weil aber WEL so viel auff alt teutsch geheissen als HME / so ist SOL = WEL / so viel gewesen als SONNEN = HME. Etliche sagen / es solle auch ein Göze daselbst gestanden haben / der WEDER geheissen. Daß also endlich aus diesen vocabulis SOL = WEL entsprungen / haecenus ille. Non solum autem urbs iam nominata, nomen suum adepta est a Sole, sed & aliae urbes & arces, vt: Arx Sonneberg in dem Coburgischen. Sonneberg an der Warte / nahe bey Küstrin / wie auch Sonneberg in der Dänemärckischen Landschaft Dese. Sonnewalde in der Niederlausnitz / & forte etiam castellum Pirnense, Sonnenstein, inde suum sortitum est nomen. Plur. vid. apud ARNOLD. supra citatum. p. m.

45. Haec de siderum cultu sufficiant.

§. XII. Quoniam itaque vt vidimus, gentiles eorpora haec coelestia diuino afficiebant cultu, iisque regimen inferiorum adscribebant,

D 3

arbi.

(ww) vid. Münster. Cosmograph. L. III, (N) in der Nieder-Sächsischen Chron. p. m. 45.

bitrabantur, ut facile conicere licet, quod, si multi essent Dii terrena haec regentes, eorum etiam regimen necessario esset diuisum, ita, vt vnusquisque Planeta (♃) vel quaelibet stella, pro sua natura, peculiarem in globum hunc terrestrem eiusq. contenta, obtineret potentiam. Probabimus paucis asseritum, DIODORVS SICVL. (3) Testatur: quod Chaldaei, sidera plurimum ad bona vel mala consequenda conferre, statuisserent. Unde etiam forte apud OVIDIUM (7) Hermion ita conqueritur;

*Quae mea coelestes iniuria fecit iniquos?*

*Quod mihi vae miserae, fidus obesse quaerar.*

COELIVS RHODIGIN. (7) inquit: quod Aegyptii Zodiaci signa, Θεοὶ βλαψῆς, i. e. Consiliarios Deos appellassent: Planetas vero παρθοφόρους, veluti Sceptringeros quosdam intelligi voluissent. Cum vero porro Gentiles sapientiores non fugeret, fata plerumque hominum a suis dependere moribus, mores vero a naturae constitutione; existimabant Deos consulere rebus humanis, (7) & maxime circa hominum generationem & natiuitatem (7) instillando

(♃) videmus id adhuc hodie, quando asserunt Astrologi, varia membra corporis, Plantas, Region. &c. a Planetis & stellis regi, (3) L. III. (7) Epist. Heroid. v. 87. p. m. 71. (7) Lect. Antiq. L. I. c. 18. p. m. 42. (7) Cicero. L. I. de diuinat. p. m. 1217. inquit: Sunt Dii, & eorum prouidentia mundus administratur iidemque consulunt rebus humanis, nec solum uniuerfis, verum etiam singulis. (7) Testatur hoc ex aliis Leonhardus Vairus, L. I. de Fascino, p. m. 31. 32. his verbis: Primo mense ♄ grauidis dominatur, secundo ♃, tertio ♀, quarto ☉, quinto ♁, sexto ♃, septimo vero ♄, ac deinceps Saturnus reuertitur, cui causam adseribunt, quare octimestris partus non viuat, quia ille mensis Saturno attribuitur, qui, cum sit frigidae & siccae naturae, malitiam & interitum inferat. Et paulo post: Alii dicunt, a septem Planetis iuxta Chaldaeorum doctrinam, septem aetates hominum regi, omniaque quae in vita humana aguntur, statim certisque temporibus a Planetis effici. Hinc Lunae infantiam, Mercurio pueritiam, Veneri adolescentiam, Soli iuuentutem, Marti virilem aetatem, Ioui senectutem, Saturno senium tribuunt. Hoc Astrologorum asseritum, de partu octimestri, a diuitate Saturni

do temperamenta, esse occupata. Deinde quia non ignorabant, quod omnia hominibus constarent aut a priori, aut a posteriori, aut ex reuelatione: ipsi vero a priori iudicare & scire non poterant, quod Dii vellent, nec per reuelationem certiores de eorum voluntate reddebantur: ad posteriora tandem fugiebant, homines quosdam assumebant, eorumque natiuitatem & postera fata obseruabant. Quibus ex obseruationibus deinde generaliora constituebant praecepta & regulas, variasque Planetis, ut & aliis sideribus tribuebant proprietates virtutesue; quo eo felicius faciliusque themata natalitia erigere, ac vnus cuiusque hominis futura ex sideribus fata praedicere possent. Haec de origine.

§. XIII. De progressu Astrologiae iudiciariae, de eius augmento, nec non Sectis, quarum tres celebres olim, *Chaldaica* nempe, *Aegyptiaca* atque *Graeca*, ut testatur SALMASIVS, (¶) floruerunt, in praesenti iam nonnulla essent proferenda; cum vero parum ad scopum faciant, qui est ostendere solum, ex idololatria ortum duxisse Astrologiam, eamque Christianum minime decere; atque praeterea dissertatio nostra in molem exeresceret satis notabilem: hac vice hanc materiam silentio praeterimus, B. L. non solum ad SALMASII Librum de *Ann. climact.* vbi hac de re hinc & inde agit; sed etiam ad librum, quem ex instituto de Astrologiae progressu scripsit, ablegantes. Ad nos autem quomodo peruenit Astrologia, non scrutatu difficile existimo. Namque procul dubio Recentiorum quorundam Astronomorum studio introducta est, qui eam apud PTOLOMAEVM aliosque veteres Gentiles Astronomos inuenerunt, sibi que cum forte sua in doctrina non satis fuerint confirmati, nec rem accurate examinis incudi subiecerint, persuaserunt, eam ab omni mendacio esse alienam: atque praesertim occurrentibus sibi Astrologorum praeceptis, apparenter veri speciem praesentibus, nec non obseruationibus circa natiuitates hominum institutis, atque multis ab Astrologis vere praedictis; putarunt: Astronomiam tantis, quantis Astronomia, niti fundamentis, Ad

*ni debilitato vel necato, quam sit ridiculum, vid. Andr. Ottom. Goelike, Med. D. Dissertationis de Partu octimestri vitali & legitimo, Hab. lae 1708. habitae, Sum XXXII. (¶) in praefatione Libr. de ann. climacter.*

Ad quem errorem praeter antea adducta, quod scilicet admiserint fallacia Astrologiae fundamenta, multum contribuerunt procul dubio, praecudicia autoritatis & institutio iuuenilis in Astronomia, cum qua simul regulae Astrologicae, ab eiusmodi Patronis tanquam ex tripode dictae, menti impressae atque commendatae fuerunt, uti tale adhuc quotidiana fere docet experientia. Dantur enim multi, qui statim quod audiunt vel legunt, absque virorum delectu assumunt, idque omnia omni ulteriori inquisitione credunt, & defendere satis interdum pertinaciter laborant: Obiicienti nihil fere aliud respondententes, quam istud *ἀντὸς ἔφα!* Qui vero Astrologiam tam olim, quam hodie examini subiecere, atque accurate in eam inquisuere: istam in natura non fundatam, sed arbitrariam, fictam, fallacem, & absque ulla genuina causa assumtam deprehenderunt. Hinc quoque, ut celeberrimus KEPLER, MILIETUS de CHALES, STURMIVS, WEIGELIVS, GASSENDVS, aliique praeclari Mathematici, Astrologiam e disciplinarum Mathematicarum numero, quorum adhuc Astromantiae eam relatae volunt, tanquam Matheseos filiam spuriam, vanam, atque mendacis plenam eiecerunt.

CAPUT III.

*Astrologiae Fundamenta*  
*examinans.*

§. I.

**P**Raemisso Astrologiae ortu, ordinis nunc leges iubent, de eius fundamentis, quae ad istam stabiliendam Astromantiae Patroni afferunt, ut sumus solliciti. Sunt ea varia, quae autem omnia enumerare nimis longum foret, cum praeterea quoque quaedam tanti non sint momenti, ut multum temporis & chartae in eorum relatione & refutatione consumamus. Proinde palmaria, in quibus tota Astrologia nititur, quorumque potissimum quatuor sunt, in praesenti iam proferemus, eaque quantum roboris possideant, expendemus. *Primum* itaque constituunt variae proprietates & significationes, quae signifero orbi, Planetis, eorumque aspectibus, reliquisque stellis affinguntur

(⊙) Aspectus Planetarum nihil aliud sunt, quam certae eorum in Zodiaco habitudines inter se ac distantiae, quibus se mutuo sensibiliter ad-



ab Astrologis. Meminit huius rei CICERO, (⁂) ita dicens: *Qui haec Chaldaeorum natalitia praedicta defendunt, vim quandam esse aiunt signifero in orbe, qui Graece Ζωδιακός dicitur, talem, ut eius orbis unaquaeque pars alio modo moueat, immutetque coelum, perinde ut quaeque stellae in iis, finitimisque partibus sint quoque tempore: eamque vim varie moueri ab iis sideribus, quae vocantur errantia.* Varias etiam eiusmodi signorum & siderum proprietates HORATIUS, (☽) dum Maecenatem morbo affectum, & ob dolores forte querulum, consolari laborat, his enarrat verbis:

*Sen Libra, seu me Scorpius aspiciet  
Formidolosus, pars violentior,  
Natalis horae, seu tyrannus  
Hesperiae Capricornus undae:*

E

Urruns-

*inuare vel impedire, mutuaque irradiatione vires inuicem communicare possint ad mouendam inferiorem mundi partem. Vid. Iacob. Bartsch. Usus Astronom. Indic. Aspectuum veter. & nouor. C. I. p. m. 10. Positiones haec in Zodiaco, Planetarum Aspectus inde dicuntur; quia ex iis veluti se aspiciunt. Veteribus quinque tantum Aspectus cogniti fuerunt, nempe*

☿. *Coniunctio, Zusammenkunft wenn 2. Planet. in einen himmlischen Zeichen und Grad des Zodiaci beysammen sind.*

\*. *Sextilis, Sechster Schein/w. 2. Pl. um den 6. Theil des Zodiaci, h. e. um 2. Signa, n. p. 60. von einander stehen.*

□. *Quadratus, Vierdter Schein/ 4. —*

— 3 — 90° — —

Δ. *Trigonus, Gedritter Schein/ 3. —*

— 4 — 120° — —

♁. *Oppositio, Gegen Schein/ halben —*

— 6 — 180° — —

*De reliquis Aspect. ut Decil, Tridec. Qcx. SS. Oct. &c. quos Keplerus adiecit, vid. Francisc. himmlisches Lust-Haus der Ober- und Nieder- Welt, p. m. 372. seqq. Iacob. Bartschii libr. citatum. Prodiit hic lib. Norimbergae in 4to, 1661, (⁂) Lib. I. de diuinat. p. m. 1218. (☽) L, II, Odar. Od. XVII.*

Ut *utrumque nostrum* incredibili modo,  
*Consentit astrum* (\*) *Te Iouis impio*  
*Tucla Saturno* *refulgens*  
*Eripuit* : *volucrisque fati*  
*Tardant alas* : —

Has porro signorum & aspectuum proprietates atq; virtutes diuersimode moueridicunt; pro variis nempe Planetarum proprietatibus, in hos aspectus incurrentium, seseque inuicem modo triangulari, modo quadrangulari & sic porro, positu aspicientium. Hinc quidam aspectus habentur pro malis, quidam pro bonis. Sic verbi causa ✕ & Δ felicitatem & amicitiam denotantes, boni; □ autem & Ϙ malignitatem ac diritatem significantes, mali dicuntur. Inspiciat modo quis fastus nostros, ubi frequentes de aspectibus occurrunt locutiones: *Der feindliche aspect.* *Der böse / schlimme aspect.* *Der glückselige / freundliche aspect.* & sic porro. Quae profecto opiniones Ethnicismo suam debent originem, & hominum inprimis agrestium eiusmodi verba legentium mentes non solum distrahunt, sed etiam ad superstitionem perducunt. (7)

§. II. Praeter proprietates in Saeteced, ex Horatio adductas, plures adhuc quia interest, adducemus. Dicunt scilicet Astrologi signa coelestia Zodiaci partim esse igneae, p. aëreae, p. aqueae, p. terreae naturae, sed rationem reddere nequeunt. Olim quidem PROROMAEVS ex quatuor annis temporibus has proprietates; tempestates

(\*) per *astri nomen* h. l. *procul dubio uniuersa coeli constellatio* tempore *nativitatis Maecen.* & *Horat.* intelligitur. (7) *vid. hac de re Weigelii Zeit = Spiegel* C. VII. p. m. 82. *segg.* Vidimus etiam hanc superstitionem satis ante annum & quod excurrit, ubi *in* *Augusto* certi cuiusdam aspectus *in* *fast.* annotati, effectus futuros funestos, nefarii quidam homines ita exaggerabant, ut non solum rumor de malo *urbis* instans, longe lateque se diffunderet, sed etiam permultis tantum terrorem inieceret; ut die mali praedicti appropinquante, ex urbe discederent atque in alia loca securitatis gratia confugerent, non ponentes fiduciam in Deo suo. Dies vero ille, qui infansus habebatur, admodum erat tranquillus atque serenus.

tes plerumque Vere, Aestate &c. occurrentes, obseruans; elicere conatus est; ita ut hoc modo putaret esse quadrantis vernalis tria signa  $\Upsilon$   $\varphi$   $\Pi$  aëreae; aestiui  $\ominus$   $\Omega$   $\mp$  igneae; autumnalis  $\omin�$   $\mathfrak{M}$   $\mathfrak{P}$  aquae; hyberni  $\mathfrak{Z}$   $\mathfrak{X}$  terrae naturae; sed quis exinde non absurditatem aliquam fluere videt? sequeretur enim quod haec signa vno eodemque tempore diuersas & contrarias ederent operationes, cum degentes in parte telluris Australi, & Aequatori subiecti, quando apud nos, qui habitamus in hemisphaerio Septentrionali, Ver, Aestas &c. incipiunt, semper contrarias sentiant tempestates. Quis praeterea non videt, fallaciam illam frequentem *non causae vt causae*, quam omnes adhuc hodie committunt Astrologi, commisisse PTOLOMAEVM? quando arbitratu est: quatuor harum anni partium tempestates ab his dependere signis. Naturae enim aëreae &c. sine dubio esse putauit; quod obseruauit tempore vernali frequentes ventos; aestiuo, aestum; autumnali pluuiam, & hyberno plerumque ob frigus, siccitatem. Sed cum tempore vernali non semper venti, aestate non crebro aestus, pluuiam &c. vt aliquot abhinc annis satis edocuit experientia; occurrunt: facile vnusquisque fundamentum harum proprietatum nullius esse momenti, intelligere potest. Et sic, eiusmodi tempestates & mutationes aëris semper occurrere; eas tamen non ab hisce signis, sed ab aliis causis physicis in terra & soli indole latentibus oriri constat. Vid. ANTON, le GRAND. (D) & FRANCISC. BAYLE (D) aliosque Physicos recentiores.

§. III. Plures adhuc occurrunt signorum coelestium proprietates, ab animalibus terrestribus & aliunde desumptae: ast in iis adducendis tempus non perdemus, cum supra iam tum in §. VII. C. I. multas adduxerimus. Potius, quia iis tantae adscribuntur virtutes, de eorum origine, an iste sit naturalis nec ne, solliciti erimus. Quidam vera esse signa affirmant, quidam id ipsum negant, cum qua posteriori sententia & nos facimus. Clariss. SALMAS. (D) asserit: Zodiaci signa quoad ortum non naturalia, sed ficta, imo plane nihil esse. Verba eius ita fluunt: *De imaginibus an verae sint expediamus?*

E 2

In

(D) in Institut. Philosoph. P. V. (D) Institut. Physic. Tom. II. p. 192.

(D) in Praefat. ad Libr. de ann. Climat.

23

24

In arte vana, si quod est vanissimum, hoc maxime tale esse censi debet. Ex multarum stellarum dispositione singulae formatae sunt. Si quis autem non nominata, nec depicta figura, quam repraesentant, eodem situ & ordine stellas istas in tabula poneret, quem in figura obtinent, nemo esse qui posset dicere ex tali stellarum positu & ordinatione & effici, aut  $\Omega$ , aut Aurigam, aut  $\Pi$ , aut  $\zeta$ , aut  $\nu\pi$ , aut Thuribulum &c. & quicquid est talium  $\Phi$   $\alpha$   $\nu$   $\alpha$   $\nu$ . Chaelae Scorpionis pro Libra sunt. Ergo stellae quae Libram effingunt, possunt aeq. videri & Scorpii brachia effingere. Possunt sane aliquid exhibere de quo nondum in mentem venit Astrologis. Inveniuntur quidem, vt paulo ante diximus nonnulli, signa coelestia non ex arbitrio & stellarum positu formata asserentes, sed ex observatione euentuum & effectuum. (V) Cum enim ex continua & accurata observatione deprehendissent observatores, eos, sub vno signo sortes, sub alio iracundos, & sic porro euasisse, ea de causa & Leonis & Arietis illi imagini ab effectu, nomen indidissent. Haec vero, vti recte inquit SALMASIVS l. c. sine ratione afferuntur & gratis supponuntur. Aut enim, inquit, signum fuit, i. e.  $\nu\sigma\phi$   $\alpha$   $\nu$   $\alpha$ , priusquam Leo esset, aut quando primum factum est simulacrum, sub Leonis imagine ac nomine fuit proditum. Si hoc, non ab effectu genes, in leonem formatum est sidus, sed ex stellarum dispositione talem formam habere visum est, atque ex ea leonina figura, mores etiam leoninos efficere creditum est. Si illud, iam nos doceant oportet, quale signum fuerit prius, cuiusque animalis imago. Si nulla omnino fuit, nec antea observatum est, tot stellas ita dispositas & in vnum corpus collectas, huius vel istius animalis figuram simulare, non video quomodo potuerit procedere observatio signi, fortium genituras facientis & significantis, cum in eo positus est horoscopus. Prius ergo signum fuisse necesse est, & quidem Leonis, & tum demum ex eo quod esset leo, fortitudinem etiam leonina praeditos generare existimasse. De ceteris idem dici ac censi debet. Haec haftenus ille.

§. IV.

(V) Inclinat hanc in sententiam Gassarellus, dicens: Instunt in animalia, quorum nomina referunt: Ita enim sub Canicula & Leone, canes & leones rabie corripiti videntur. Quae causa prima & praecipua fuit, cur a Philosophis his appellationibus insignirentur. Vid. Auctor, citat. Curiositates inauditas. p. m. 134.



§. IV. Manet itaque firmum, figuras coelestes non esse naturales sed fictas, sicque dependere tantum ab hominum arbitrio. Si vero quis quaerat causam veterum impulsivam, formationis huius stellarum in tam varias imagines & figuras: is modo euoluat Philippum Caesium a Zesen (E) ubi causas inueniet. Sed in gratiam eorum, qui hunc librum non possident, breuiter istas adducemus. *Primo* igitur ideo ex stellis composuerunt asteriscos, vt has vel illas stellas, in quibus tot stellarum myriades, diuersae magnitudinis cognoscere, in quilibet coeli parte statim inuenire, & ab aliis commode distinguere possent. *Secundo* ad astrorum efformationem non parum quoque contulerunt Poetarum fabulae, quibus totum fere coelum astra impleverunt, dum multa de quorundam hominum & animalium factis, ea propter inter stellas relatorum sinxerunt, vt abunde legere licet apud C. IUL. HYGIN. (S) verbo: adulatio fuit causa, querebant enim gentiles vnice fere gloriam & nominis sui immortalitatem; hinc vt immortale nomen fieret; ex stellis astrum formabant, cui postea huius vel illius viri nomen imponebant. Annuere videtur huic asserto, CICERO, (P) hunc in modum scribens: *Nec vero Atlas sustinere coelum, nec frater Prometheus affixus Caucasus, nec stellatus Ceyheus cum uxore, (Casiopeia) genero, (Perseo) filia, (Andromeda) iraderetur; nisi coelestium cognitio diuina, nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset.* *Tertio* hanc efformationem adauerunt obseruationes, institutae ad obseruandas stellarum operationes in quaedam animalia, quam sententiam fouit etiam GAFFARELLVS, vt supra vidimus. Sic cum ardente Sirio, plerumque canes rabie corripi videntur, ab hoc effectu, qui Sirio adscribebatur, vocarunt astrum istud Canem. Et sic de pluribus aliis iudicauerunt. Vbi tamen notandum, quod hoc modo commiserint fallaciam non causae vt causae. *Quarto* denique similitudinem quorundam inanimatarum, quam repraesentare putarunt, ad astrorum efformationem accessit. Namque quia quasdam stellas triangulum effingere viderunt, istas omnes ad huius figurae formationem

E 3

nem

(E) in suo Coel. Astron. Poet. p. m. 5. 6. (S) in Libr. Fabular. & praesertim in eiusdem Poetico, Astronomico. (P) Quaest. Trif. c. h. L. V. p. m. 1152.

nem concurrentes, vno vocabulo vocarunt Deltoton s. Triangulum. Quale iudicium quoque esto de Corona Septentrionali & Australi, Plauistro, Cruce, Eridano, Sagitta &c. Quales igitur effectus sibi Astrologi ex his astris non ἀλλ' ὄντως existentibus promittere possunt? profecto nullas.

§. V. Patet in super quoque asserti Astrologici, de signorum coelesti. origine naturali, vanitas & falsitas, ex varia immutatione, ( 7 ) noua compositione, & magna variis apud gentes animalium coelestium aliorumue astrorum diuersitate. Alii enim populi alias habent figuras. Affirmat id etiam saepe citatus SALMASIVS ( Ψ ) ita dicens: *pro diuersitate disciplinarum & seclorum. Astrologiae, aliae sunt figurae. Sic diuersas figuras habet sphaera Graecanica, Aegyptiaca, Chaldaica, Indica, Persica, imo etiam Tartarica & Sinica.* Ex his quaelibet natio sua futura praedicere allaborat. Nostri temporibus, quam multa astra non ex stellis informibus composita, ( 7 ) quantaque figurarum coelestium mutationes non factae sunt? Sic inter Recentiores GAFFARELIVS in suis curiositat. inauditis, ( 1 ) siderum figuras mutauit in literas & characteres Hebraicos, & ex isto coelesti Alphabetho diuinationes a reliquis plane singulares extorquere conatus est. SCHILLERVS, quem etiam secutus est SCHICKARDVS in suo *Astrosopio*, ( 2 ) imagines

( 7 ) Ptolom. L. VII. *Almagest. C. V.* inquit, se figuras Hipparchaeas & antiquas multum immutasse. ( Ψ ) in praefat. ad Libr. de ann. *Climact.* ( 7 ) Sic illustr. Heuclius *Scutum Sobiescianum*, *Canes venaticos*, *Asterion*. & *Charam*. &c. atque Clariss. Kirchius *Pomum Imperiale*, *Enses Electorales* Ioh. Georg. III. *Sceptrum Brandenburgicum*, *Coronam Ungaricam* Iosephi; *Anglici Astronomi*, *Cor Caroli* & *Carolinam quercum*, ex stellis informibus formarunt, & composuerunt. Vid. de astris ab Heuel. & Kirch. inuent. *Pasch. Inuent. Nou. Antiq. p. m. 531. 438. ( 1 ) p. 528. seqq. ( 2 )* Secunda vice editus est liber *Studgardiae 1682. in 12.* Omnes asterismos Autor nouis ornat nominibus, maximam partem sacris. *Animalia coelestia* dicit esse ea, quae in sacris occurrunt literis, v. g. *Capricornus* ipsi est *Hircus emissarius*. *Leuit. XVI. 8.* *Piscis*, duo Christi, quibus 5000. hominum famem sedauit. *Ioh. IV. v. 9. &c. &c.*

nes sanctorum in sacris Bibliis celebriores, ethnicis substituit figuris, vt videre licet in eius *Coelo Stellato Christiano*. (3) His annumerandi sunt IACOB. BARTSCHIVS & PHILIPPVS CAESIUS a ZESEN in suo *Astronomico Poetico s. Mythologico stellarum*. (4) Tandem non omitendus est VVEIGELIVS, celeberrimus quondam Mathes, Profess. tenensis, qui imagines coelestes conuertit in Insignia Principum, & sic coelum confecit Heraldicum. Ex his itaque figuris omnibus pro earum conditione & natura, futura, vt faciunt Astrologi, si quis diuinare vellet, quae quaeso inde orientur absurditates?

§. VI. Demonstrata proprietatum astrorum signorumque coelestium falsitate, necesse quoque est, nunc vt Planetarum reliquarumq. stellarum proprietates ab Astrologis istis adscriptas, mera esse figmentata, maximamque partem ex gentilismo traxisse originem, ostendamus. Antequam autem id faciamus, adducemus quasdam, quo eo melius vanitas ad oculum pateat. Prodeant itaque in medium ♃ & ♀, qui benefici & foecundi, ♄ & ♂, qui malefici atque steriles dicuntur. Saturnus ♂ & ☉ sunt generis masculini, ♀ & ♃ foemini, solus ♃ est indifferens, i. e. neque ad sexum mascul. neque ad foemininum perfecte referri potest, sed Hermaphroditis est annumerandus, quod profecto ridiculum. Honore, amicitia & odio, ex mente horum diuinatorum, porro se inuicem excipiunt: hinc distribuuntur ab iis in naturaliter amore ac odio se inuicem prosequentes. Sic v. g. Saturni amici sunt ♃. ☉. ♃. inimici ♂ & inprimis ♀, Ioui omnes fauent excepto solo Marte, qui odio eum excipit. Praeter Venerem, in Martem hostili animo sunt omnes, praesertim Mercurius & Sol. Reliquos vnus cuiusque Planetae amicos & inimicos vide apud STRAVCHIVM. (5) Praeter has proprietates quibus a se inuicem differunt Planetae, plures ipsis tribuunt, quas terrenis communicare dicunt Astronantae. De Saturno narrant, eum Melancholiam, frigus, (6) malignitatem, auaritiam & tarditatem instillare ingenis humanis sub eo natis. Sed quam ob causam? forte quia

(3) *Prod. hic lib. in fol. 1627.* (4) *Prod. hic lib. Amstel. 1602. 8.*  
 (5) *in Aph. Astrol. p. m. 27. 28.* (6) *forte quia a Virgil. L. I. Georg. v. 335. frigida vocatur stella: quando ait:*  
 Frigida Saturni sese quo stella receptet.

23

24

quia senes (pingitur enim senex, pallidus, curuus, vultu toruo instructus) interdum sunt melancholici, calorisque vitalis sensim sensimque patiuntur imminutionem. Ast vrgent Astrologi tarditatem Planetæ, dicentes: Istam neminem negare posse, inter omnes enim constare, Saturnum cursum suum intra XXX, annorum spatium absoluere; & contrario multo celeriores obseruari reliquos, suos cursus multo citius illo, ad finem perducentes. Verum quis non videt, Astrologos hic iterum committere (vt ante dictum est) fallaciam non causæ vt causæ? dum Saturno tarditatem tribuunt innatam quasi & concreatam, quæ tamen ipsi non reuera sed apparenter tantum inest. Leuiter qui Astronomiam callet, facile hunc errorem animaduertere poterit, intelligetque, Saturnum ob spatium ingens ipsi percurrendum tarde incedere videri, qui alias aequè celeriter currit atque alii. Profecto si positus esset in sphaera Martis vel Veneris aut Mercurii, eadem celeritate qua Venus, Mars, Mercurius iter suum finiunt, cursum suum in Zodiaco absolueret.

§. VII. Martem iracundos, tyrannos, contentionibus belloque deditos; Iouem homines beneuolos, amicos, ambitiosos; Venerem libidinosos & voluptuosos; Mercurium fraudulentos, mendaces; Lunam inconstantes, (7) pusillanimes; Medusam furibundos, salaces; Herculem fortes, audaces generare; impie & stolide asserunt. Vnde vero hæe proprietates, quas hominibus instillant ex Genethliacorum mente hi Planetæ, probantur? profecto non aliunde quam ex Ethnicismo. Recurramus ad tempus Mythologicum, & statim inueniemus, has Planetarum proprietates ex eo suos trahere ortus. Namque omnes hi Dii & homines, quorum nomina stellis errantibus fixisque imposuerunt Ethnici, has proprietates & virtutes habuerunt, in quarum autem probatione iam non prolixi erimus; testantur assertum nostrum satis HYGIVS, NATAL. COM. alique Scriptotes Mythologici. Duo saltem liceat illustrationis gratia adducere exempla, vnum Veneris, alterum Medusæ. De Venere cum Marte coniuncta, dicunt Astrologi, omnes infantes tempore coniunctionis horum vel conceptos, vel natos, euadere scortatores & moechos. De stella Algol, quæ maxima est

---

(7) forte, quia lumen lunæ inconstans est.





est in capite Medusae, quod Perseus stellatus in coelo abscissum tenet, pariter nugantur, quod omnibus infantibus oriente ea natis aut conceptis, non solum naturam infundat libidinosam ac furibundam, verum etiam certo tandem tempore mortis violentum ipsis conciliet genus. Vnde quaeso haec asserta ortum trahunt? profecto non ex causis physice, sed ex Ethnicorum, ut antea diximus, fabulis; ubi legimus Martem cum Venere in adulterio a Sole fuisse deprehensum, Perseumq. Medusae, malae mulieris caput, quod multos homines, ob vim a Minerua ipsi inditam in lapides conuertisset, populosque iuxta Tritonidem paludem habitantes, magna affecisset clade, Deorum mandato, gladio abstulisse. Idem iudicium quoque esto de reliquis planetarum & astrorum proprietatibus, impie & insulse ex fabulis ipsis adscriptis.

§. VIII. Ex coloribus (8) quidem, quod paucis dicemus, Planetarum astrorumq. naturas & proprietates, adstruere, quoque laborant Astrologi, astrorum errant, ut mox videbimus. Color Saturni quia tristis, ut loquuntur, apparet, ipsi melancholiam generandi, vim attribuunt. Marti, quia color

F  
eius

(8) Ex his coloribus Planetarum, reliquarum fixarum naturam quoque Astrologi dignoscunt, ita, ut istas stellas, quarum color vel ad ♀is, vel ad ♂is, ♂is; vel mixtus ad duorum Planetar. color simul accedit, vocent, ♀as, ♂ales, ♂iales, vel Materiales & Ioniales simul. Vid. Beyeris Uranometriam. Perscrutata (quod obiter saltem annotamus) postmodum natura stellarum, suas diuinat secundum hanc institunt, & stellis, ut eo felicius scopum attingant, varia [inter alia commenta] suffimigia ex herbis aliisque rebus, ad harum stellarum naturam, ex quibus diuinare volunt, accedentibus, immolant. e.g. suffimigium ex semine Lini & Psyllii, Rad. Viol. & Apii, Mercurio exhibitum, facere asserunt videre res futuras, multumque conferre ad prophetiam. Vid. Henr. Cornel. Agripp. ab Netteshcim. p. m. 77. L. I. de occulta Philosophia; Vbi plures eiusmodi nugae occurrunt, de suffimigiis & Sigillis Planetarum, ad varia mala abigenda & bona consequenda, aptis, Eiusmodi Sigilla, Solis imprimis, in aere eleganter incisa, vid. apud Iul. Reicheltum in Tr. de Amuletis. Agit etiam de iis Casp. Schottus in sua Technica curiosa, L. XII. C. XXI. & XXII. & de Cabala Astrologica, p. m. 1013. 1016.

23

24

eius ruber & flammeus fere, vim quoque igneam & furiosam adscribunt, sicque porro. Quam lubrica autem haec sit ratio a coloribus desumpta, ex instantia de pallore vel rubore hominum euidenter patebit. Quis enim hominem pallentem, statim amori deditum, vt quidem Poeta canit. L. I. de arte amandi:

*Pallescat omnis amans, hic est color aptus amandi,*

pronunciaret, cum vnus rei plures possint esse causae? Namque notum est, quod nimius studiorum ardor, multa lucubratio, cachexia &c. inducant pallorem. Sic is, qui laeto colore rubicundo est perfusus, non statim sanus est dicendus; cum sciamus Plethoricos & Scorbuticos hoc colore imbutos, Tandem saepissime multi homines primo intuitu fati tristes & melancholici, alii hilares apparent; cum tamen horum neuter, si inquiramus, affectu ex vultu elucente polleat.

§. XI. Rebus itaque sic sese habentibus, ἄστρολογίας ἀποτελεσματικῆς dogmata, canones & axiomata nullius sunt valoris, & dicente SALMASIO (9) consistere nequeunt, nisi illis fabulis detur locus, & stellisque immensa tribuatur potestas diuina, eaeque habeantur pro Diis. Ethnicos simulacris coelestibus Planetisq. magnam potentiam tribuisse, eosque pro Diis habuisse, supra probauimus, iam vnicum adhuc locum, iurisiurandi formulam exhibentem, qua huius artis doctores, discipulos suos ad arcana celandam & cum profanis non communicanda stringebant, ex SALMAS, (10) vbi expressis verbis planetae animaliaque coelestia Deorum nomine salutantur, adducere liceat; cuius verba ita sunt: Ἐντυγχάνοντας ὀρκίζω ἡλίῳ μὲν ἰερόν κύκλον καὶ σελήνης ἀνομήλους δρέμους, τῶν τε λοιπῶν ἀστέρων δυνάμεις, καὶ κύκλον δυοκαίδεκα ζωδίων ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα ἔχειν καὶ τοῖς ἀπαυδύτοις ἢ ἀμύητοις μὴ μεταδίδοναι. Τιμὴν τε καὶ μνημῆν τῶ εἰσηγησαμένῳ ἀπονέμειν. Ἐυσεχεσθί μιν ἐν εἴῃ καὶ καταθύμιοι ὁ προκειμένοι θεοί, ἐπιγρηθῶσι δὲ τὰ ἐναντία. Hinc factum esse mihi persuadeo, vt Astrologia nomen artis diuinæ atque coelestis acceperit, quia ab ipsis Diis, rebus humanis consulentibus, ex gentilitum opinione descendit. Gerit adhuc hodie artis diuinæ nomen apud Astrologos, ast perperam. Vidimus enim eius diuinitatem, & mox pluribus videbimus. Quin credo, quod si veteres sidera non pro Diis habuissent, nec Astrologiam fuisse conditam. Mirandum itaque

(9) iia Lib. de ann. Clim. p. m. 786. (10) Lib. saep. citat. p. m. 788.

itaque est, multos hodie his veterum erroribus detectis, tam pertinaciter iis adhuc inhaerere. Volunt quidem ab antiquis esse distincti, verum parum ab istis differunt, cum omnes fere proprietates, quas veteres astris attribuerunt, iis adhuc inesse credant? (11) Et licet stellas hodie aperte non pro Diis habeant: committunt tamen subtilem idolatriam, dum ipsis potestates ex Ethnicismo fluentes, in corpora (sublunaria, tribuunt. Laborant quidem & maxime se torquent, modo ut fucō vanitatem suam obducant, sicque a veteribus Astrologis distincti videantur. (12) Hinc varia noua fingunt, & ex causis naturalibus variisque argumentis tum ex sacro Codice, tum ex experientia petitis, has astrorum potestates adstruere conantur. Quantum autem valeant rationes, quantumque ipsis sacrae faueant literae, in sequentibus videbimus capitibus. Manet interim firmum assertum SALMASII, quo asserit: quod nisi ponatur, astra esse Deos, rueret necesse sit totam Astrologiam. Si enim Mars nullus fuit Deus, nec stella Martis homicidas, iracundos, belli deditos facere, nec tonitrua atque incendia excitare valet. Si nulla Venus fuit, nec stella ☿ is libidinem, nec Mercurius fraudulentiam &c. animis instillare valet, Quod & de reliquis stellis astrisque cenferi debet.

Alterum fundamentum est Zodiaci cum Ecliptica diuisio in quatuor Trigonos & duodecim partes aequales seu signa. Ex Trigonis primus dicitur igneus, 2.) aëreus, 3.) aqueus, & 4.) terreus. Primum ♈ ♎ ♋ alterum ♊ ♏ ♉, tertium ♌ ♍ ♎ & denique quartum ♏ ♐ ♑ constituunt. Haec diuisio apud Astrologos magni est momenti & ad erectionem Thematū natalitiorum maxime necessaria; verum, ne ullam quidem rationem reddere queunt probabilem, Ausus quidem est

F 2

IOH.

(11) Testatur hoc omnes libri Astrologici, modo si quis attendere velit Euoluantur modo Morinus, Ranzov, Beutel, Hahnus in seinen Astrologischen Bedencken. Abd. Trevv. (12) Talis vult videri inter notissimos Herselerus in Tr. Astro-Physico 1706. in 4. edit. vbi multa quidem affert, sed valde obscura & ridicula. Varios sibi circulos, radiorum cursus &c. &c. fingit; tacite tamen retinet omnes proprietates Planet. & stellarum, a veteribus ipsis adscriptas, ut ex thematicis ab ipso erectis euidenter patet.

IOH. BAPTISTA MORINVS, acerrimus Astrologiae defensor, fundamenta afferre, (13) eaque solidius prae aliis se excogitasse, sibi persuasit: verum paulo accuratius ista intuens, ea non sufficere, nec concedi posse, intelliget. Vti id etiam demonstravit IULIVS REICHELTVS, (14) cuius verba, MORINI argumenta refutantia, mox adducemus modo prius MORINI argumenta si ex eodem adduxerimus. (15) *Primo supponit hic Astrologus coeli distributionem in Doodecatemoria naturalem (quam proxime praecedenti cap. III. & IV. probare conatur argumentatione, cui ipse diffidit 1) ex sectione mutua circulorum Eclipticae & Colororum in quatuor partes aequales 2) ex tribus circulis maxime sphaerae inscriptis ita, vt singuli in 4 part. aequales secentur, inq. harum terminos incidant circulorum poli ter assumti, praesupponens & circulos & in his quacuvis data puncta omnem vim & essentiam habere ex polis, & ex istis colligens: si triplex colorum vis ex quatuor partium terminis in circulum effusa concipiatur, consurgere in ipso circulo quater tres virtutes eiusdem naturae. Haec praesupposita quidem ingens fundamentum habere putat Morinus, cum tamen mera speculatione nitantur. Et licet de hac circulorum intersectione res ita sese habeat; nondum tamen probata est vis illa insignis, circulis indita; & vereor, si ex rationibus naturalibus, virtus illa circulorum adstrueretur, vt quilibet Astrologus id praestare possit. Sed audiamus REICHELTI verba, super haec Morini prolata, quae obscuram inanitatem, falsamque hypothesin appellat. Inquit autem ita: *Circumferentia, quam Morinus cum vulgo Astrologorum circulum vocat, contra Euclid. Elem. L. I. def. 15. & Theodos. Sphaeric. L. I. def. 5. est terminus circuli, qui generatur ex motu rectae, cuius vnus terminus in dato puncto**

(13) *in sua Astrologia Gallica L. I. C. V. Hic Morinus Cardanum, ob Thema natalitium Christo erectum, a quibusdam propter facinus andax culpatum, valde defendit. Sed Cl. Ioh. Andr. Schmidt. in Dissertatione erudita Anno. 1683. Ienae habita, de Themate Christi natalitio a nonnullis impie & absurde erecto, demonstravit, omnino hoc facinus impium esse. (14) in Tract. erudit. de Amuletis p. m. 7. s. (15) Morinum quidem ipsum enoluerit mihi iam non licuit, memini tamen me huc in eo legisse rationes, quare fidem adh. bere possum Reichelto,*

quiescit; alter vero circumducitur, donec principium motus redeat. Est itaque primum principium  $\mathcal{E}$  circuli  $\mathcal{E}$  circumferentiae, centrum, quod expressit testatur Keplerus eo ipso in loco, quem in argumenti sui probationem ex eius Astronom. Copern. L. I. p. 48.  $\mathcal{E}$  49. Morinus ex scriptum adhibuit. Cum itaque polus constitutionem circuli non ingrediatur, qui igitur essentiam ipsi acceptam feret? obiciendi forte, circumferentiam non solum globo ab artifice adscribi ex polis; verum etiam moveri circa polos: respondeo primum: aliam esse descriptionem circuli naturalem, de qua hic sermo, quae sit brevissimae lineae motu per Vitell. L. V. theoremat. 5. aliam artificis; quando loco oculi centri polum assumere cogitur, cuius distantia a circumferentia maior ac centri: secundo; separandam esse circumferentiam qua talem, a mobili. Circumferentia in praeciso sui conceptu nullos involvit polos. Ita hypothese destructa, sponte ruit omnis argumentatio Morini, pro obtinenda naturali distinctione coeli in Dodecatemoria instituta. Arbitraria igitur cum sit distinctio ista, quam Aegyptiis inventoribus tribuunt, etiam distinctio Trigonorum ex solo hominum arbitrio dependet, consentiente Kepl. C. VI. Libr. de nova stella: frustranea quoque erit omnis opera excogitatai commenti, quo trigonorum singulorum qualitates elementares stabilire conatus est. Haec haec tenus ille.

§. XI. Porro in coelo non licet statuere certas, ut paucis ante monuit REICHELTVS, qualitates; ita ut haec pars sit ignea, illa aerea, aquea, vel terrea; coelum enim corpus est fluidum & fere simplex; non autem solidum, ex orbibus crystallinis constans ut veteres crediderunt, cuius sententiae falsitatem detexit celeberrimus TYCH. DE BRAH,\* Divisio-

F 3 nis

(\*) Clare satis demonstravit atque perspicue excellens hic Astronomus, coeli substantiam non solidam sed ubique fluidam esse. Primum argumentum desumpsit ex libero Cometae transitu per coelum,  $\mathcal{E}$  demonstravit, Cometas esse in coelo, non in aere ut olim docuerat Aristoteles. Secundum argumentum ipse suppeditavit experientia. Constabat enim, cometas libere vagari per coelum, tum quoad altitudinem; fuit enim observatum aliquando longe eos fuisse remotos a terra; tum quoad latitudinem, quoniam fuit observatum, eos fuisse euagatos per Aequatorem ad polos usque; tum etiam quoad descensum, observarunt enim rerum caelestium periti, cometas aliquando terrae fuisse propinquos.

nis huius falsitas, insuper quoque inde patet, quia quatuor praesupponit elementa Aristotelica, a recentioribus autem Physicis iam satis multis rationibus, ista non esse corpora homogenea, sed heterogenea, evincuntibus; refutata. Ingenue etiam hunc errorem fatetur **ABD. TREVV.** (16) Astrologiae alias sat magnus patronus, his verbis: *Quod quatuor qualitatibus elementaribus (Trigon. nempe & sign.) pollere & differre ab invicem inferunt Astrologi, maiori faciunt absurditate, quam si asinum iidem qualitatibus cum equo pollere dicant, quod vierque quadrupes, & ut Homerus loquitur μᾶνυξ sit.* Et tamen tantum tribuunt huic commento Astrologi nonnulli, ut eo utramque paginam compleant prognostici tempestatis tanto futurae vel calidioris vel frigidioris, quanto plures planetas in signis calidis vel frigidis inveniunt. Sed ut ratione utamur, ommissa autoritate, sciendum est: commenta ista de qualitatibus elementaribus Trigonorum atque signorum, ipsam naturam quoque confutare. Cum ex observationibus literarum monumentis consignatis constet; a veterum observationibus ad nostra usque tempora, omnes Zodiaci partes ac signa integra, coeli nempe stellati, loca mutasse sua, Enimvero, stellas in cornubus  $\Upsilon$ , quae tempore Hipparchi, qui longe ante Christum natum vixit, prope intersectionis Eclipticae & Aequatoris punctum apparuerunt: tempore suo Tycho de Brahe, magnus ille Astronomus longissime, & ultra 28, ab isto aequinoctiali puncto in orientem distare deprehendit. Causa haec est; quia stellae fixae, ut ex observationibus certum est, proprio quodam gaudent motu, quo ab oecasu in ortum secundum Eclipticae ductum feruntur. Hoc autem suo in motu singulis annis 50. circiter minuta secunda, adeoque gradum vnum intra annorum 72. spatium, totum autem coeli ambitum 25920. annis integris emetiuntur. Quod ingens temporis spatium olim maius & 36000. ann. creditum, annus dicitur Platonicus magnus, a Platone. Mentionem magni huius anni **CICERO** (17) his facit verbis: *Nemo vnius anni memoriam consequi potest. Homines enim populariter annum*

tan-

res. Tertium argumentum desumpsit Auctor, ex Martis intra Solem descensu, Mars enim interdum supra Solem, interdum sub Sole observatur. (16) in Disputat. Astrologic. medic. l. thes. 36. p. m. 17. (17) in Somn. Scipion. C. 7.

tantummodo solis, id est, vnius astri reditu metiuntur: cum autem ad idem, vnde semel profecta sunt, cuncta astra redierint, eandemque totius anni descriptionem longis intervallis rerulerint, tum ille vere vertens annus appellari potest: in quo vix dicere audeo, quam multa secula hominum teneantur. Et paulo post: Signis omnibus ad idem principium, stellisque reuocatis, expletum annum habeto. Huius quidem anni nondum vicesimam partem scito esse conuersam. Quoniam itaque ex hoc motu certum est, signa Zodiaci, sua mutasse loca, certa etiam est eorum naturae mutatio. Ignea enim signa in aqua, aerea in ignea, & sic porro concesserunt. Proinde clare apparet, quid de Trigonorum Signorumque qualitatibus, atque in situenda ex his praedictione statuendum sit.

§. XII. Ad diuisionem Zodiaci in XII. signa, cuius mentionem in principio §. antecedentis inieciimus, quod attinet, ea ex arbitrio veterum Astronomorum orta est, quibus procul dubio Luna in anno 12. vicibus Zodiacum peragrans, ansam, circulum hunc signiferum cum Ecliptica ita diuidendi dedit: quam diuisionem & Astrologi tanquam naturalem retinent. Aliam originem huius diuisionis Zodiaci, ex Sexto Empirico refert STANLEVS in Histor. Phil. Oriental. C. XIX. L. I. p. 257. sequentibus verbis: Cum apud Chaldaeos non esset certa obseruandorum Astrorum ratio, quod non contemplantur signa, ex ipsorum circumscriptione, sed septem dispersarum stellarum obseruatione, venit eis in mentem in duodecim partes totum diuidere circulum. Rationem, qua id factum est, ita narrant: dicunt nempe, Veteres, cum obseruassent vnamquamque lucidam stellam, earum quae sunt in circulo Zodiaco, & deinde per foratam amphoram aqua impleissent, siuisset aquam fluere in alterum vas subiectum, donec eadem stella oriretur, coniectantes ab eodem signo ad idem signum fuisse circuli circumuolutionem. Rursus sumserunt duodecimam partem eius quod fluxerat, & considerarunt quanto tempore effluxisset. Dicebant enim tanto tempore duodecimam partem circuli absolui, & eandem esse rationem partis absolutae ad totum circulum, quae est partis aquae, quae fluxit, ad totam aquam. Ex hac relatione duodecimae partis signabant vltimum finem ab aliqua insigni stella, quae eo tempore spectabatur, aut aliqua ex simul orientibus Borealibus aut Australibus. Hoc ipsum faciebant in aliis Dodecatemoriis seu partibus duodenis. Quicquid vero ex hac Zodiaci in tot partes diuisione deinde concludere velint, caret ratione; qua & se-

23

24

sequens *Iob. Phil. Habnii* in 12. partes diuisio ( 18 ) est destituta, ita in-  
 quientis: risum teneatis amici *Billich* ist der *Zhier-Kreyß* in XII. glei-  
 che theile und zwar nicht ohngefähr getheilet worden; *Sintemahl*  
 XII. eine geheime Göttliche Zahl ist/wird dahero dadurch auf die  
 XII. Stämme *Israëlis* in V. T. im N. T. aber auf die XII. Apostel  
 gezelet / zumahl *Gott* ein Ternarium in vniuersitate, und also vnitas  
 das vierdte ist. Denn in *Gott* sind 3. Vater / 3. Söhne / 3. Heilige  
 Geister / sind also diese 3. mahl 4 oder 12. allezeit wohl zubetrachten.  
 O delirationem incredibilem ! exclamarem cum *Cicerone L. II. de Disti-*  
*natione*, Astrologorum commentaridicula, hac exclamatione perstrin-  
 gente. Vnde autem probabit hic Auctor, respicere hanc Zodiaci di-  
 uisionem Stirpes *Israeliticas* aut XII. Apostolos ? Mera sunt figmenta.  
 Sed his missis, progredimur ad tertium Astrologiae iudiciariae funda-  
 mentum, diuisionem nempe coeli in XII. domos.

§. XIII. Quid per domum coelestem intelligatur, quilibet facile  
 percipere potest; Hinc nulla proluxa explicatione opus est. Breuiter  
 dicam. Sunt domus spatia coeli seu signa, in quibus tanquam in  
 domiciliis destinatis, Planetæ ad tempus positi, peculiare virtutes ac  
 operationes edunt. Earum sunt duodecim. Prima dicitur *ἑρῶσικον*,  
 altera *Ἄρα Φοῦα*, tertia *Dea*, quarta, *ὑπόγειον*, quinta *ἀγαθὴ τύχη*, sex-  
 ta *κακὴ τύχη*, septima *Διδάμτες Δικτυκὴ*, octaua *Τόπος ἀγαθός*, nona  
*Θεός*, decima *Μεσηρινία*, vndecima *ἄγχοθὸς δαίμων*, duodecima *κα-*  
*κοδαίμων*. Ex his nominibus satis patet, aliquid monstri, vt ita loquar,  
 alere haec coelestia Planetarum domicilia, siquidem varias ipsis, vel  
 bona vel mala significandi & efficiendi vires ac proprietates, Genethliaci  
 assignant, quas sequentes versus breuiter comprehendunt:

- |       |         |          |          |              |           |
|-------|---------|----------|----------|--------------|-----------|
| I.    | II.     | III.     | IV.      | V.           | VI.       |
| Vita, | Lucrum, | Fratres, | Genitor, | Nati,        | Valetudo, |
| VII.  | VIII.   | IX.      | X.       | XI.          | XII.      |
| Vxor, | Mors,   | Pietas,  | Regnum,  | Benefactaque | Carcer.   |

Vid. *STRAVCH. Aphorism. Astrol. STVRM. Tabul. Mathes. Compend.*  
*REYHER. Margarit. Phil.* vbi paulo prolixius de iis agitur. His in do-  
 mi-

( 18 ) In seinem *Astrologischen Bedencken*, p. m. 40. über die in *F. d.*  
*12. Octob. 1667. superioris seculi* grossen *h* *h* 24.





in-  
let-  
abl  
die  
stel  
itas  
lige  
ten.  
ini-  
rin-  
di-  
nta-  
da-  
cile  
iter  
in  
es ac  
G.  
lex-  
ona  
na-  
uar,  
vel  
liaci

mibus, vt paucis antea diximus, ex Astrologorum opinione, Planetæ partim novas accipiunt & exerunt vires vel diurno vel nocturno tempore, præsertim in propriis vel alienis naturæ suæ congruis; partim amittunt, vt hoc ipsis contingit in domibus, longissime a propriis distantibus istisque aduersantibus. Tribuunt autem vnicuique Planetæ (19) duas proprias domos, exceptis tamen Sole & Luna, quibus singulis vnicam tantum assignant. Sic  $\Upsilon$  &  $\text{M}$  sunt domicilia  $\text{S}$ ;  $\text{V}$  &  $\text{M}$ ;  $\text{I}$  &  $\text{S}$ ;  $\text{II}$  &  $\text{M}$ ;  $\text{III}$ ;  $\text{F}$  &  $\text{X}$ ;  $\text{II}$ ;  $\text{Z}$  &  $\text{III}$ ;  $\text{hni}$ . Ois domus est  $\text{Q}$ ;  $\text{Dac}$   $\text{S}$ . Ex hac vero distributione coeli in certas quasdam domus, noua rursus exoritur, qua dispescunt in proprias, nocturnas, diurnas, Thronos, \* Gaudia Exilia, Detrimenta, Casus, Exaltationes. (20) Facta hac itaque domorum distributione noua, dicunt Astrologi, quod Planeta in proprio domo constitutus, maximam habeat virtutem & potentiam; in aliena autem, valde imminutam. Si autem longissime absit a proprio domicilio, quod fit,

G

quan-

( 19 ) Ingens inde patet Astrologorum stultitia, cum neuiquam ea in parte sit constitutus Planeta, ita nempe, vt reuera in ea sit collocatus. Quando enim dicitur; Luna, Mars, Venus sunt in  $\Upsilon$ , in  $\text{S}$ , ista locutio ita est accipienda, vt intelligamus, sub istis astris Planetas esse positos, & apparenter tantum in eis videri. Constat enim ex Astronomia, Zodiaci astra immense fere distare a Planetis (\*). Thronus Planetæ dicitur illud signum, in quo Planeta propter plures dignitates concurrentes, reliquis maiori vi pollet. Gaudium Planetæ, ea dicitur domus, quæ maxime eius naturæ congruit. Exilia & Detrimenta ista vocantur signa in quibus Planetæ virtus quasi exilio afficitur & maxime debilitatur. Casus istud est signum, in quo potentia Planetæ cadit; Exaltatio autem in quo ista exaltatur. (20) Singulorum Planetarum Domus, Exaltationes & Casus in sequentibus continentur versibus, qui leguntur apud Maiol. in Dier. Canicul. T. II. Colloqu. IV. p. m. 355.

Saturni Domus est noctis Caper urna diei,  
Huic dolor est Aries, gloria Libra seni.  
Iupiter Arcitenentis habet cum pisce Sagittam,  
Cui tam en in Cancro fors bona, iniqua Capro.  
Sed Martis domus est Aries & Scorpio pugnas,  
Huncq. Caper tollit, Cancer ad imapremit.  
Sol habet hospitium sibi solus in aede Leonis,  
Atque illi est Aries gloria, Libra dolor,

At Venus in Tauro, Libraq. per atria versat,  
Piscibus exultat, Virgine pressa iacet,  
Mercuriusq. habitat Geminorum in sede, tri-  
umphat  
Virgine, & est moesty Pisce ad eunte caput,  
Luna domum Cancr tenet; iliam Taurus ho-  
norat,  
At supra hanc verctaus, Scorpio forte premit,

23

24

quando est in casu, quem domus propriae opposita constituit, plane potestate sua sit destitutus, quam autem accedens ad alium planetam, ipsi bene cupientem & amicum, aliquo modo rursus accipiat. Quis vero non videt, commenta haec Astrologorum ad hominum mores esse accommodata? Ille enim qui in propria sua est domo, ut inter omnes constat, maiorem habet potestatem quam in aliena. Sic is, qui apud amicum versatur, eius in aedibus ob indulgentiam plus habet potestatis loquendi atque aliquid efficiendi, quam plane peregrinus. Is vero, qui longe abest a sede sua, nec amici domo utitur, plane potestate sua, quodomi pollet, est destitutus. Nulla praeterea ratio dari potest ab Astrologis, cur vna pars sit Donus, alia Exilium, alia Exaltatio Planetae, sicque porro. Haec ipsis consent oportet, vel a priori, vel a posteriori, vel ex reuelatione. Sed neque I.) a priori, nam ex natura Eclipticae, utpote quae merum est Ens rationis, non potest detrimentum stellis & Planetis vel incrementum dari. Neque II.) a posteriori, nullae enim sunt obseruationes datae. huius asserti veritatem demonstrantes. Imo non potest experientia sufficiens haberi, quia omnes circumstantiae singulis annis non recurrunt, & tota coeli constellatio ab initio mundi in dies mutata & alia fuit, atque adhuc mutatur. Quae de re in §. XI. locuti sumus. Neque III.) ex reuelatione, cum nullus in sacris literis extet locus, ex quo haec coeli in domos diuisio probari possit.

§. XIV. Tandem quoque ipsa domorum diuisio, quam tamen pro fundamento fere maximo venditant, falsitatem suam ostendit; singula enim domus singulis momentis, in vno eodemque loco variat, (nam primae domus cuspis est punctum Eclipticae in Horizonte ortiuo constitutae,) ita ut quae nunc sit domus prima, breui temporis spatio possit fieri 8 vel 12ma, quia ascendit supra Horizontem sensim sensimque Ecliptica. Inde diuersis locis vno eodemque tempore diuersa quoque est ratio. Nam illa domus, quae apud nos est prima, apud alios eodem temporis momento potest esse vel 7 vel 9 & ita porro. Quae autem inde fluant absurditates, facile quisque comprehendere potest. Sequeretur enim, vnam domum vno temporis momento, varias & contrarias habituram esse proprietates. Concipiamus modo nobis tria diuersa loca notabili autem intervallo a se inuicem disiuncta, pro erigendo vno temporis

mo.



momento, themate quodam natalitio. Primo in loco hora stata, faciamus primam domum esse in Horizonte, in altero & tertio ob spatia a primo interiecta magna, eandem constituere octauam & undecimam. Iam conferantur inter se hae proprietates, primae solum domo, licet in locis diuersis, diuersae; i. e. octaua & undecima, appareant domus, competentes; profecto nemo istas conciliare poterit. Namque *prima* denotat vitam, mores & bonam corporis constitutionem, *octaua* e contra mortis est domicilium, *undecima* iterum amicos, eosque a quibus beneficia proficiscuntur, indicat. Cum itaq; duo contraria non possint esse simul vera & falsa, euidenter satis apparet; quo robore hoc Astrologiae gaudeat fundamentum. Fluit vterius hac ex diuisione, Planetam vno eodemque tempore diuersis in terrae locis, diuersas quoq; & sibi contrarias habiturum esse operationes. Sed dicat nobis Astrologus cur id fiat? Physicus hic influxus esse non potest, si enim talis esset, eodem in coeli puncto Planeta idem significare deberet: nam eadem causae, eodem in loco idem operantur. Diuinitus non potest esse inditus, quia nullam eius habemus ex sacris paginis reuelationem. Quoniam igitur neque est Physicus, neq; reuelatus, est fictus; & consequenter nullus. Ingens etiam Astrologorum dissensus circa methodum rite diuidendi coelum in domos, argumentum huius vanitatis esse potest, dum quilibet methodum genuinam se habere contendit. Fit huius dissensus mentio apud STRAVCHIVM, (20) ita dicentem: *Quaratione diuisio domorum commodissime institui possit, inter se dissentium Astrologi.* Alibi (21) de hac coeli in domos diuisione tale fert iudicium: *in domiciliis constituendis, plus Ethnicae vanitatis, quam scientificae soliditatis reperitur, imo miserimum animal esset homo, mancipium nempe rerum vita carentium, si veris essent Astrologorum canonis, e quibus non tantum per hypothesein, de duodecim domiciliis, ea quae contingentia in scholis dici solent, sed ipsam nati religionem praedicere non dubitant.* Vid. plura l. c.

§. XV. *Quartum* denique fundamentum est influxus Planetarum, Signorum, reliquarumque stellarum, & quidem non vniuersalis, sed specialis, quod ex antecedentibus quoque patet. Vbi proprietates varias domibus coelestibus astrisque tribuebant Astrologi; dum Saturno

G 2

melan-

(20) in *Aph. Astrol. p. m. 8.* (21) p. 13.

melancholiam, Marti iracundiam, Veneri salacitatem instillandi; secundae domo coelesti diuitias, undecimae honores & officia conferendi potestatem, aliisque alias vires aliquid efficiendi adscribebant. Cum vero satis haec fuerit demonstratum & probatum, omnia haec Astrologorum asserta esse falsa & ficta, non multis opus erit verbis, hunc influxum singularem & specialem sponte sua ruentem, refutare. Si enim falsae sunt Astrologorum hypotheses & praetupposita, falsus & nullus hic quoque erit singularis influxus. Et si vel maxime etiam corporum coelestium in haec inferiora concedatur operatio, quae autem adhuc est dubia: impossibile tamen est, in haec confusa Astrorum multitudine determinare; vnus cuiusque stellae & Planetae virtutem specialem & potentiam in hoc vel istud corpus sublunare, cum omnia effluvia e quolibet corpore egredientia inter se misceantur. Et quamdiu Astrologi non demonstrant, vnus cuiusque corporis coelestis effluvia inter se non posse misceri, tamdiu specialis quoque influxus concedi non potest. Liceat autem quia e reest, de astrorum in haec inferiora influxu agere, atque expendere, an detur influentia nec ne?

§ XVI. Si vnquam est ex naturalibus rebus quicquam, quod fit viros inter doctos agitarum, certe siderum est haec in sublunaria efficacia. Quanta enim disceptatio apud Physicos & Medicos, veteres imprimis, hac de re vigerit, & adhuc hodie apud haud paucos vigeat, tam notum est, quam quod notissimum. Sunt qui hanc astrorum vim tanquam *pro aris & focis* defendunt, eique magnam attribuunt potentiam, sunt quoque qui istam, excepta Solis & Lunae aequali operatione, negant, aut si concedant, nullas isti tamen, cum admodum sit exigua, sensibiles tribuunt effectus. Vt enim, dicunt, sex, septem, vel nouem grana salis aliquot  $\Delta$ e libris admixta, nullum excitare possunt sensibilem saporem: ita quoque exiguus ille ob ingentem distantiam influxus, in aere nostro atmosphaerico parum vel nihil efficere potest. Sed ad rem. Qui siderum vires in haec inferiora affirmant, probabilem vt reddant suam sententiam, prouocant ad experientiam antiquam & hodiernam, dum nos ablegant 1) ad veteres Poetas aliosque scriptores, 2) agricolas & hortulanos, 3) Metallii fossores, & 4) varias insuper tempestatum, morborum & animalium mutationes, certis constellationibus contingentes, obiciunt, Ex Poetis omnium instar producitur VIR-

GILIVS, qui multa de siderum operationibus scripsit, suisque versibus immiscuit. Sic enim \* inquit:

*At, si non fuerit tellus foecunda sub ipsum  
Arcturum, tenui sat erit suspendere sulco.*

it. (\*\*) *Practerea tam sunt Arcturi sidera nobis,  
Haedorumque dies seruandi, & lucidus anguis.*

v. 221. *Ante tibi Eoae Atlantides abscondantur,  
Gnositque ardentis decedat stella coronae,  
Debita quam sulcis committas semina, quamque  
Inuitae properes anni spem credere terrae.  
Multi ante occasum Maias coepere: sed illos  
Expectata seges vanis elysit auenis.*

Porro, non tam apud Virgilium, quam apud alios Poetas & Auctores tempestatum mutatio istis tribuitur, Pleiades enim & Hyades tempore vernali cosmice orientes, pluuias frequentes excitare, Sirium & Leonem aestus in terris causam existere perhibent, Orionisq. stellae, ideo tristes & nimbofae dictae, horrendas mari tempestates inferre dicuntur. Et sic porro. Sed non tantum veteres hac de re, verum etiam nostrae agricolae & hortulani loquuntur, afferentes, in seminibus terrae committendis, plantisque in aliam terram transferendis, sidera lunaeque phases strictae esse obseruandas.

§. XVII. Afferuntur Metalliflores alique, credentes, (vid. Bayle p. m. 319.) septem Planetas multum ad metallorum contribuere generationem, putantesque Planetarum horum nomina, metallis (23) veteres eo imposuisse. Obiciuntur quoque multi morbi, qui certis constellationibus exacerbari aut imminui dicuntur. De Luna imprimis fertur quod frigus, putredinem, humores inducendi, menstruaeque in sexu sequiori promovendi virtute gaudeat, secundum istud *εὐολυθρηνησιον*:

*Luna vetus vetulas purgat, noua luna puellas.*

G 3

Dici.

\* L. Georg. v. 67. 68. (\*\*) Ibid. v. 204. 205. (23) *Aurum dicitur Sol, Argentum Luna, Stannum Iupiter, Plumbum Saturnus, Ferrum Mars, Cuprum Venus, atq. Argent. viii. Mercurius, quia autem argentum vinum non commode ad metalla referri potest, in eius locum substituitur Bismuthum, dicuntque hoc Mercuri esse sobolem. Vid. Bayle. t. c.*

Dicitur etiam, lunae radios in caput dormientis cuiusdam denudatum incidentes, cephalalgias, catarrhos aliaque mala grauiora excitare, cui obseruationi illae adiungi etiam possunt, quibus affirmatur: Martis & Saturni ☐, tonitrua & fulgura, Dec. ☉♀ incendia excitare, ☐♂☉ Regibus & Principibus morbos, aliosque aspectus, alios effectus (24) globo inferre nostro terraqueo. Haec & alia plura astrorum influxum qui defendunt, opponunt, putantque omnia bene se probare, atque inuincibilia haec esse argumenta ex experientia tam veterum, quam hodiernorum desumpta. Et certe, experientia omnium rerum magistra, rite si instituat, omnia dubia eximere, litesque componere valet. Num vero recte, experientia haec a veteribus fuerit instituta, hodieque ab his, astrorum influxum qui statuunt, ut decet, instituat, merito dubitatur. Veteres enim omnia fere oculorum sensu fallacissimo ( sunt verba Ciceronis ) iudicabant, quae tamen oculis animi paulo penitius iudicare debuissent. Imo puto quod veteres Poetae, ( de omnibus non dicam ) verbis hisce suis non tam astrorum virtutes probare; quam varias anni tempestates atque partes, ut Ver, Aestatem, Autumnum, per ortum & occasum siderum indicare voluerint. Olim enim calendariis uti nos hodie habemus, destituti, per astrorum ortus & occasus circumstantias temporis describebant. Quemadmodum videre licet in calendario Romano, quod apud PETAUIVM extat. Hinc quando dicit Virgilius: Ante tibi Eoae &c. Agricolis praecipit, ne ante semina terrae committant, quam Pleiades cosmice occidant, quod contingit circa mensis octobr. finem.

§. XVIII. Ad agricolas & hortulanos, doctrinae physicae rudes, quod attinet, eorum experientiae non tuto fidendum est, cum ea tantum in simplici externorum sensoriorum vsu consistat, atque in eo praeter vltiorem rei inquisitionem subsistat, circumstantiasque concurrentes nunquam examinet. Vnicum liceat exemplum, quo res clarior euadat, adducere. De Heliotropio (25) non solum hortulani, sed etiam multi alii qui sapientes videri volunt, narrant, hanc plantam soli se ob-

(24) Vid. nostri fast. it. der Englische Wahrsager. (25) Sunt plures Plantae quae soli se obuertunt, ut Esula Solisiqua, Tragopogon, Taxacum, Ornithogalum, &c.

23

24



vertentem, amicabile cum eo habere commercium. Quis vero non videt, observationem hanc tantum in externo oculorum usu acquiescere. Inquiramus modo paulo penitius in huius plantae naturam, & videamus, an reuera cum sole aliat commercium? Puto quod non. Si quis enim huius plantae structuram accurate examinaverit, ille fatebitur, seius caulem admodum esse succulentum, & valde porosum: iam quia Solis radii continuo feriunt partem caulis soli oppositam, intellectu facile est, ob radiorum solarium calorem, poros recludi, succum in caule contentum rareferi, atque per insensibilem transpirationem educi. quo imminuto necesse est, vt planta collabascet, inque partem solis radiis obuersam se inclinet. Videmus hoc quoque aliis in plantis tenuioris structurae, quae nimio solis aestu flaccescunt, noctu autem iterum surgunt. Quis itaque ex his adductis, adstruere vellet quandam sympathiam plantarum (26) cum astris. Sed reuertamur, vnde dilapsi sumus. Licet enim haud pauci sint agrorum & hortulanorum, multum de siderum in terram influentia loquentium: tamen quoque ex iis non desunt, observationes siderum floccificantes, dicentes: parum vel nihil astra contribuere ad plantationem & sationem, quorum sententiae & nos calculum adiciamus. Locuti enim sumus hac de re saepissime cum multis, culturam agrorum & plantarum probe callentibus, qui vno tandem fere ore factis a nobis variis obiectionibus, fassi sunt, ad felicem segetis plantarumque procreationem & conseruationem, plurimum conferre culturam industriamque, agrorum ac hortulanorum. Quae cultura & industria in eo consistunt, vt lolia diligenter euellantur, arbores & plantae, maiores imprimis, amputentur, ne siluescant sarmentis, & in omnes partes nimie se fundant; stercoratio adhibeatur, iusto tempore solum subigatur, repassinationes instituantur, seminum sparsiones, plantarum translationes & infusions recte administrantur, & sic porro. Quantum autem necesse sit cultura agrorum, sequentibus probat VIRGILI vs verbis: (27)

ergo age, terrae,

Pin-

(26) *Affermant quidem nonnulli Heliotropium, aliasque Plantas Soli se obuertentes, etiam exsiccatas inque tabernis suspensas, motum sequi Solis: verum fabulis annumeramus hanc relationem.* (27) *L. Georg. v. 64. & seqq.*

*Pingue solum primis exemplis a mensibus annis.*

*Fortes inuertant tauri, glebasque iacentes,*

*Puluerulenta coquat, maturis salibus aestas. &c.*

Loci indolem & naturam, ad germinationem segetum ac plantarum exoptatam non parum contribuere, iidem testati sunt agrorum plantarumque cultores. Quod etiam, quantum ad varias plantarum species procreandas & conferuandas tribuat loci & soli vniuscuiusque natura, iam olim VIRGILIUS in libris Georgicorū prolixè ostendit. Vnicuique saltem adducemus locum (28) vbi ita inquit:

*Ventos & varium coeli praediscere morem*

*Cura sit; ac patrios cultusque habitusque locorum;*

*Et quid quaeque ferat regio, & quid quaeque recuset.*

*Hic segetes, illic venium felicius vnae:*

*Arbori foetus alibi, atque iniussa virescunt*

*Gramina, — — —*

& paulo post:

*Comisso has leges, aeternaque foedera ceris*

*Imposuit natura locis, — — —*

Ex his adductis clare patet, felicem frugum prouentum non a siderum virtutibus, sed a soli & locorum natura & constitutione, prout sunt constituta, dependere.

§. XIX. His misis, nunc progredimur ad ista argumenta, quae ad stabiliendas siderum operationes de metallorum generatione & quorundam morborum augmento atque decremento, nec non de tributo lunari, i. e. mensium fluxu (sic enim appellant) sexus sequioris, profersuntur. Ad prius itaque quod spectat, cum partim autoritate, partim falsa opinione nitatur, dum supponit VII planetarum influxum ad hanc metallorum generationem necessarium, qui tamen nec demonstrari nec concipi potest, quomodo tam aë in terram se insinuet, ibique tam mirificos effectus praestare possit; istud reicimus plane & id respondemus, quod BECHERVS (29) de hac metallorum genesi septem planetis descripta, protulit, inquit: *Planetistas, qui cuiuslibet metallo seu cuius minerali speciei, Planetam auctorem & causam formantem assignant, prorsus*

( 28 ) L. I. v. 51. seqq. ( 29 ) in *Physic. subterr. Lib. I. Sect. IV. C. IV. p. m. 249. Edit. non.*



*sus a nostra Physica relegamus: quorum aliqui ita impudentes sunt, magis etiam alias nominis viri, vt non erubescant, publice asserere, se in planetis, cuiuslibet metalli signum chymicum videre posse, cum colore proprio metalli. Miror quod non etiam in Sole leonem, in Marte virum, in Venere foemina, imo lupos & salamandras viderint, quae obiecta quoque mineralibus tribui solent, sed asinos potius vidisse credo, cum seipfos viderint, & talia simpliciter popello credulo obrudunt.* Alterum, ab in cremento nec non virtute lunari sumtum, primo intuitu licet satis probabile videatur; tanti tamen non est valoris, vt nos possit mouere quo isti subscribamus, cum iterum falsa obseruatione & suppositione gaudet. Enimvero non flatim concludendum est; hic vel ille morbus, hac vel ista constellatione fuit auctus vel imminutus; ergo sidera fuerunt causa. Minime cum vnus rei plures possint esse causae. Obseruatio enim accurata si esse debet, non acquiescendum est in solo sensuum externorum vsu, sed omnes & singulae circumstantiae concurrentes, probe sunt examinandae. Hinc quoque falsissimus est versus, non in experientia, sed quorundam cerebro fundatus: *Luna vetus vetulas &c.* Nam menses si lunam profua agnoscerent causa, sequeretur, quod vno tempore singulae mulieres menstruorum paterentur excretionem; (30) cum tamen reclamet experientia, & toto hoc durante lunae decursu, nulla praeterat dies, qua non hinc & inde multis mulieribus fluant menstrua. Quaedam enim in nouilunio & prima quadratura, quaedam in plenilunio, quaedam in eius decremento, hanc naturalem euacuationem experiuntur. Pari robore gaudent istae obseruationes, quibus asseritur, lunam potestate gaudere frigefaciendi, humectandi, putrefaciendi, augendi ossium medullam & animalia. Inprimis prouocatur ad Conchylia, Ostreas, Cancros, & dicitur, quod luna crescente repleantur, inania contra luna decrescens reddantur haec animalia; cum tamen manifeste falsa haec sit experientia. Euoluat L. B. FRANCISC. BAYLE, (31) ROHAVLTIUM, (32) ANTON. le GRAND. (33) aliosque, vbi solide refutatam hanc erroneam vulgi opinionem inueniet. Vis inducendi cephalalgiam

H

giam

(30) Vid. Isbrand, de Diemerbroeck, *Oper Anatom. L. I. C. 25. p. m. 140.* (31) in *Tom. II. Institut. Physic. p. m. 189.* (32) in *Tr. Physic. P. II. p. m. 475.* (33) in *Institut. Philosoph. P. V. C. 24. p. m. 404.*

23  
24

giam, Catharrhos aliaque mala, radiis lunaribus caput dormientis denudatum ferientibus attributa, parum in se habet soliditatis. Quis enim non videt hic committi fallaciam non causae ut causae? cum affectus isti non a luna, sed potius ab aere frigido pendeant. Frigus enim ut ex Physica constat, virtute pollet occludendi poros & condensandi humores. Iam autem si capite nudo quis dormit, imprimis tali in loco, ubi aer est valde humidus & frigidus, pori occluduntur, sicque insensibilis transpiratio, ad euacuandos humores superfluos noxiosque maxime necessaria, impeditur, qua vero suppressa, humores colliguntur, & stagnare incipiunt, quo fit, ut cerebrum, adiacentes partes neruque premantur, atque ita ab hac pressura, & humorum abundantia, satis atroces capitis dolores, catarrhi, & interdum paralysis, apoplexia, aliaque grauiora pro subiecti natura & constitutione excitentur mala: Ut taceam aërem interdum maxime vero nocturnum varii generis exhalationibus refertum. Sole enim absente, vapores e terra locisque paludosis elati, non possunt disiici, ad quem vero effectum praestandum lunares radii ob suam debilitatem non sufficiunt. Vapores hi vna cum aere, qui inspiratur, ad pulmones delati, sanguinique admixti, varias & graves in massa sanguinea totaque Oeconomia animali procreare possunt mutationes.

§. XX. Eandem censuram cum iam adductis, ista quoque argumenta merentur, quibus probare volunt astrorum effectus, quando dicunt, Pleiades Hyades, & Orionem tempore vernali cosmice orientes, imbres; Sirius vero diebus canicularibus aestum terrae ingentem, canibusque rabiem inferre. Namque fallacia ista frequens non causae ut causae, iterum hic committitur, dum non reliquae temporis circumstantiae concurrentes, & ad hos producendos effectus aptae, obseruantur. Quis enim nescit, tempore vernali a variis & copiosis vaporibus ex terra prodeuntibus, quibus globus noster terraqueus isto tempore valde est refertus, varias has tempestates; insignemque aestum non tam a Sirio (alias enim tempore hyberno eundem, iis vero quibus verticalis est intolerabilem excitaret calorem, quod tamen falsum, quam a Sole, cuius radii poris terrae iam se insinuarunt, exoriri. Quod iam olim cognouit vetustissimus Astronomus GEMINVS RHODIVS, cuius

ijs verba Dn. Sturmii (34) adducit, ita se habentia : *Omnes putant hanc stellam (\*) vim habere propriam, & causam esse intensionis aestuum, dum simul oritur cum sole, attamen res sic se non habet; sed quoniam intra calidissimum tempus, cum hac stella ortum faciebat, huius apparitione aeris in aestum mutationem significarunt.* Ec. de Orione, Hyadibus & Pleiadibus aliisque sideribus, quae tempestates ciere dicuntur, MAGN. VERVLAMIVS (35) cuius verba STURMIUS, l.c. allegavit, idem fert iudicium, inter alia asserens, sidera haec quidem has tempestates concomitari, minime autem excitare. De aspectibus planetarum varias tempestates, ut creditur, excitantibus, idem quod de Lunae, Orionis & Hyadum &c. effectibus tulimus, sit iudicium, quippe cum Dn. Sturmio credentes, saepissime haec haec enarrata per accidens contingere. (36) Accedit & hoc, quod, si ab aspectibus penderet tempestatum mutatio, singulis annis istae tempestates, quia quotannis maneant fere aspectus recurrunt, constanter etiam simul cum iis recurrerent, obstante tamen quotidiana experientia. Certe si aeris mutationum causa essent varii hi planetarum positus, istas etiam aliis in regionibus locisque ubi iidem contingunt & videntur, producerent, quod tamen experientiae minime est conforme. In Aegypto enim non frigus, tonitrua, fulgura, imbres observantur, imo quibusdam in locis interdum pluit, tonat, splendente tamen sole in aliis. Tandem etiam *ως* in *ως* *ως* *ως* annotamus, quod L O C K I V S, (37) Vir profundae aliarum ditio-

H 2

ditio-

(34) in *Marbef. Iuvenil. P. II. p. m. 412.* (\*) *de Sirio loquitur.* (35) in *Historia Ventorum p. 459.* (36) *facetum exemplum profert hac de re Ptolomaeus Vulpus [est nomen fictum] in seinem examinirten Englischen Wahrsager / des 1704. Jahres. ubi p. 34 ita inquit: Es geht dem Autori (wenn nemlich etwas eintrifft) als wie einem guten Freunde / welchem ehemahls die Commission anvertrauet wurde / das Vligensfeld von der Bitterung in einem Kalender zu machen / denn ohngeachtet derselbe gute Freund von der Astrologie gar nichts verstande / so machte er es doch nach seinen Gutdüncken hin / und schrieb das Wetter zu denen Tagen / wie es ihm einfiel / nur das er nicht im Sommer Schnee / und im Winter Donner setzte. Alleine was geschah? Diese ohne raifon ge-propheteete Bitterung traff hernachmahls besser ein / als anderer Kalender-Macher / so sie nach den Astrologischen Regeln hatten ge-weis-faget. (37) in *oper. erudit. de Insectu humano. L. IV. C. VI. §. XI. p. m. 261.**

ditionis, eo in loco ubi asserit: qualitates, complexas nostras substantiarum ideas conficientes, pendere plerumque ab externis, remotis, & latentibus causis; tacite in stellis has causas quaerere, astrisque nimium tribuere videtur.

§.XXI. Haftenus enarrauimus & destruximus argumenta pro stabiliendo magno siderum influxu protata; iam audiemus quoque istorum rationes, qui siderum influentiam negant. Hi, quo hanc infringant, ingens, quod sidera inter & terram interiectum est spatium, & recte quidem obiiciunt, dicentes: corporum coelestium effluvia immensam ob distantiam nostrae atmosphaerae non admisceri, atque ad globum nostrum deferri posse. Cognouit & hoc iamdudum suo tempore Romanorum Orator (38) quando dixit: *Quae potest contagio ex infinito pene intervallo pertinere ad lunam, vel potius ad terram?* Si autem verum esset, siderum effluvia ad nostram terram usque pertingere posse; sequeretur etiam quod terrae nostrae exhalationes ad siderum corpora deferri possent, quod tamen fieri non potest. Rationem affert C A S P. SCHOTTERVS (39) ita dicens: *Si forte violenter alius ascenderit effluvia, relabentur tamen deorsum. 1.) quia centrum omnium grauium sublunarium (ad quae etiam pertinent exhalationes e terra eleuatae) est centrum terrae; centrum autem exhalationum lunarium Luna, & reliquorum planetarum ipsa planetarum corpora. 2.) quia aether a Lunae concavo sursum est leuissimus, nec aptus vt sustinet exhalationes terrestres; ideoque hae vel non ascendunt eo usque, vel si violenter illuc fuere detrusae, pondere & inclinatione naturae tendunt ac relabuntur deorsum versus terram, tanquam centrum suum.* De cetero ex Physicis notum est, (40) altitudinem atmosphaerae globi nostri terrae ad summum non ultra, 13, vel vt BAYLE vult 25 milliaria se in altum extendere. Sed demus, & telluris nostrae & siderum atmosphaeras, extra sua corpora ultra 100 milliaria Germanica in altum euehi; tamen influxus reciprocus hic probari non potest. Conferat enim quisque du-

(38) L. II. de Dininat. p. m. 1228. (39) in Technica Curiosa, L. IV. C. III. p. m. 225. 226. (40) variant hic Physici & Mathematici, cuius diffusionis causas vid. apud Fr. Bayle, Institut. Physic. Tom. II. p. m. 449. & seqq. nec non apud Cl. Wolffium Profess. Mathes. Halens. in nouo Tract. non ita pridem edito, atque Aërometriae Elementorum titulo insigmito. Prop. CX. p. 126. & seqq.

centa haec, etsi etiam trecenta essent miliaria, cum ingenti spatio multis millibus miliaris constante, ( 41 ) quod inter terram sideraque interpositum est, & videat, an siderum atmosphaerae cum nostra permisceeri queant? Cum itaque haec siderum atmosphaerae ad terram nostram non pertingant, nullum etiam habent astra influxum praeter lumen, quod influit in oculos nostros. An vero lumen istud tanta vi polleat ista efficiendi quae stellis adscribuntur, merito dubitatur? Nam istud admodum est debile, & virtus astrorum ex lumine profluens cum Solis virtute comparata, est admodum exigua & fere pro nihilo habenda. Videmus hoc, quando astra (Poetae ut verbis utar) \* luna tacente splendent. Et non aliter esse potest; nam *omnium stellarum simul summarum magnitudo*, inquit Bayle, (42) *apparens, cum solis magnitudine apparente comparata, admodum est parua, est enim diameter stellae primae magni-*

*tudinis tantum 5, & diameter stellarum sextae magnitudinis 50, cum solis diameter excedat 30, unde colligitur, quam parua sit stellarum magnitudo appa-rens comparata cum magnitudine solis apparente. Sed posset quis hic virgere, lunae magnitudinem apparentem, solis magnitudini fere esse aequalem, atq. exinde colligere: Lunae vires iuxta hanc sententiam necessario aequales esse debere solis viribus. Ast ad hoc dubium idem Auctor iam nominatus l. c. his respondet verbis: Quamvis lunae magnitudo appa-rens fere sit aequalis magnitudini solis apparenti, ea tamen, quam per lucem exercet actio, est admodum imbecilla, quia, quae est proprietas corporum sphae-ricorum, eos quos a sole accipit radios dispergit, paucosque ad terram diri-git. Accedit etiam insignis differentia inter corpus solare & lunare, istud enim propria, hoc autem mutuata splendet luce: Ut taceam in-gentem radorum copiam in lunae corpus, terrae nostrae haud dissimi-le, se insinuantem, ad nos non peruenire.*

S. XXII. Instet quis porro cum Clariss. BAYLE l. c. calorem etiam exiguum & valde debilem magnos produere posse effectus, cum

H 3

per

( 41 ) de distantis ingentibus siderum evolui possunt Astronomi, qui pro-luce de eis agunt. Adducunt istas etiam Fr. Bayle lib. cit. T. II. p. m. 24. & Erasmi Francisc. in dem himmlischen Lust-Hause der Ober-und Nieder-Welt variis in locis. \* Virgil. L. II. Aen. v. 255. ( 42 ) T. II. p. m. 188.

per totam atmosphaeram diffusus, facile in ea, exilissimas particulas, paruitate sua materiae aetherae maxime affines, inter se & cum particulis atmosphaerae elementaribus miscere, in corporum poros impellere, sicque magnos effectus producere possit. Verum ad hoc quod attinet, motus hic quomodo fieri debeat, non satis distincte concipi potest, nec, quales inde strictim effectus pendeant, huc usque definitum fuit. Imo, cum ad calorem excitandum validus satis radiorum illapsus & repercussio requirantur, non video quomodo siderum radii per se admodum debiles, in minimis particulis calorem excitare queant. Magna etiam radiorum pars transit per interstitia, inter particulas has aereas interposita, (43) & licet multi radii seriant particulas has aereas & aethereas circumuolitantes; illae tamen tanta in copia radios propter exilitatem suam repercutere non valent, ut possent sensibilem excitare calorem atque mutationem. Quin etiam adhuc assererem, virtutem radiorum ab eiusmodi particulis valde infringi. Nam radii in hanc vel illam particulam illapsi, ab ea autem versus alias, & ab his denuo ad alias, sicque porro, reflexi, tandem ob multiplicem reflexionem passam, ut ex optica constat, valde imminuuntur atque debilitantur. Ex his adductis proinde iam satis patere existimo, quid de influxu siderum in haec sublunaria statuendum sit. Vellet quis occultam & sympathicam (44) statuere astrorum operationem in haec inferiora, is primum nobis explicet, in quonam ista consistat sympathia, atque postmodum dicat, unde certum habeat, astra vi gaudere quadam sympathetica. Sed valde vereor ne non aliquis hoc praestare possit.

CAPUT IV.

*Astrologorum Argumenta referens eademque confutans.*

§. I.

**A**D argumenta Astrologorum quod attinet, quibus pro aris & focis, ut vulgo dicitur, vanam suam doctrinam defendere conantur, ea potissimum triplici ex fonte sunt desumpta. Prouocant enim 1.) ad Sacram Scripturam, 2.) Rationes, & 3.) Experientiam. Ex sacro codice

(43) constituunt spatiosa haec, vacuum sic dictum disseminatam. (44) Qualem crediderunt Chaldaei, restant hoc Sext. Empiric. C. V. eiusmodi inter coelestia & terrestria Sympathiam.

locum, Genes. I, 14. ubi Deus dicit: *fiant luminaria in firmamento caeli, & dividant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annus*; proferunt, eoque fundamentum Astrologiae probare satagunt, dicentes: Si Astrologiae Deus non posuisset hic fundamentum, etiam non dixisset; *fiant luminaria in signa*. Per haec enim verba, (in signa) Astrologi nil aliud intelligi contendunt, quam diversos planetarum aspectus, varia rerum sublunarium futura indicantes atq. praedicentes, cum vnus tantū vsus atq. operatio ipsius ex eorum mente tribui nec possit, nec debeat. Afferit hoc GAFFARELLVS (45) ita inquiring: *Magna vtiq. dementia est, coelestes illos signes vni tantum operationi veluti mancipare, cum experientia doceat, ☽ humorum praesidem, ☉ principium esse vitae, ☿ malignum, ♃ benignum, & frigidum & siccum, ♀ calidos & humidos, ♁ calidum & siccum &c.* Egregium sane assertum; dementiae inculcat haec commenta non credentes, aut ipse hoc credens fuit forte demens. Quis enim quae-so hanc interpretationem proferret, cum tamen scriptura eiusmodi virtutum astrorum mentionem non fecerit, nec ex circumstantiis istae colligi possint. Verborum hi tortores, verba haec Scripturae Sacrae pro lubitu aliter exponunt atque exponi debent. Et vt mihi videtur, istam figuram non raro in sacro Codice, (\*) aliisque auctoribus profanis occurrentem, vnamque rem duabus vocibus interiecta copula, ET, enunciantem, ac *εὐδαμόν* appellatam, non intelligunt, aut intelligere nolunt; cum male a se inuicem quoad sensum distinguant haec verba, (fiant luminaria in signa, & tempora) quae tamen non sunt disiungenda, sed coniungenda, vt quilibet intelligere potest. Quando itaque dicitur, fiant luminaria in signa & tempora, sensus est: fiant luminaria in signa temporum, dierum, annorum: non autem talium rerum futurarum, vt volunt Astrologi, quae Deus perferutari prohibuit, vt sunt: vitae hominum mortisque genus, religio, felicitas, bella &c. Dicant autem Astrologi: hic vsus admodum est exiguus & non sufficit, nec est credibile eum solum in finem numen tot, tantaque creasse corpora. Cur enim ☿ colorem nactus est pallidum, Mars rubicundum? Cur Iupiter & Venus

(45) in *Curiositat. mandis. C. XII. §. 1. p. m. 260.* (\*) *vid. Class. Philol. Sacr. Virg. L. I. Georg. v. 311.*

Quid tempestates autumnī & sidera dicam?

i. e. sidera tempestates autumnī excitantia &c.

nus tam per amoenam fulgent lumine? Verum ad hanc quaestionem repono id, quod ad eandem Celeb. STURMIVS (46) responderet, inquit: *Id nos ignorare cum ignorantissimis, si diceremus, nihil ab homine alienum, nihil etiam homine erudito indignum diceremus; quin arrogantissimum potius hominem, imo conditionis humanae oblitum cum rectus iudicaretur, qui potentissimi Numinis nutu & consilio existentium omnium finem, scopum & usum sibi perspectum temere crederet.*

§. II. Cum igitur homo ea non debeat scrutari, quae Deus abscondita esse voluit, nec adminicula ad ista perferenda dedit, acquiescat in iis, quae scriptura de usu astrorum reuelavit, nec audeat futura Dei consilia ex istis, quippe quae curiositas multum derogat potentiae divinae, exquirere. Si enim Deus futura eiusmodi contingentia, nos ignorare noluisse, tam seuerè eiusmodi diuinationes non prohibuisset. Omni itaque abiecta curiosa percontatione, usus quos facer Coelestis indicauit, quique profecto non sunt exigui, licet contrarium dicant Astromantae, sed factis insignes, nosse sufficiat. Sol suo cursu dies & annos, Luna menses describit; ut id Rex Dauid indicat: (\*) Et e gentilibus praeter OVIDIVM (46) & VIRGILIVM (47) hos usus agnouit & PLATO in Timaeo, cuius verba ibi legi possunt. Olim cum fastus (\*\*) nondum eo in statu essent, quo nunc sunt, variorum siderum ortus & occasus (48) tempora anni indicabant, ut apud Poetas videre licet. Protulimus supra nonnulla ex VIRGILIO loca, quae varias anni partes designabant, quibus adhuc addere liceat verba, quae idem L. I. G. de obseruando rationis tempore in autumnum incidente profert, sequentem in modum:

*Haud obscura cadens mitter tibi signa Bootes,  
Incipe & ad medias sementem extende pruinas.*

Ha

(46) in Philosoph. Eclectic. P. I. Dissertat. XIII. C. III. p. m. 662 (\*). P. CIV. 19. (46) L. IV. Metamorph. Fab. VI. 37. (47) Virgil. L. I. Georg. v. 5. & 6. (48) dicitur hic ortus & occasus Poeticus. vid. de eo Physicos & Astronom. Inter priores Fr. Bayl. T. II. p. m. 43. & posteriores Guilielm. Blaeu in institut. Astronomica de vsu Globor. & Sphaer. coelest. & terrestr. p. m. 79. (\*\*). fasti, orum. & fastus, num. Columell. L. 9. c. 14. sequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorum Astrologorum fastus. vid. Andr. Reyher. Lexic. p. m. 980. & Bayl. Fabr. Theaur. sub vocab. fast.



Habent & adhuc alios usus; lucent, sunt ornamentum coeli, testantur Sancti Numinis existentiam, sapientiam & potentiam, quod Psaltes diuino afflatus spiritu affirmat, quando inquit: *Coeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.* Hinc sapienter & Christiane fere olim monuit SENECA (48) homines, ut astra aspicerent, his verbis: *In coelum erexit Natura vultus nostros, & quicquid magnificum mirumque fecerat, videri a suspicientibus voluit.* Praestant porro sidera vsum nautis, ut notum est, dum obseruant eleuationem poli, coniunctiones fixarum cum Planetis &c. Olim imprimis cum pyxis nautica nondum inuenta esset, (49) ea diligenter atque vnice obseruabant. (50) Indicant etiam sidera tempestates futuras, quam obrem VIRGILIUS (51) ista etiam obseruare iubet, qui mos & hodie homines inter adhuc viget. Sed indicant tempestates non aliter ac Thermometra, Barometra, & Hydrometra, vel quaedam bruta, quae aëris mutationes mature praenuntiant. Exempli gratia quando dicitur:

*Pallida Lunapluit, rubicunda flat, alba serenat;*

Verba haec non ita proprie sunt accipienda, ut luna pluuiae, venti atque serenitatis causa statuatur, sed longe aliter. Nam luna, si pallida apparet, pallor eius signum infallibile est, aërem vaporibus esse refertum, qui facile in pluuiam se mutant; si alba conspicitur, aër est purus & defecatus. Quale iudicium quoque de omnibus sideribus esto. Ex his nunc adductis satis intelligere possunt Astrologi, dictum ex Genesi allegatum, non stare a suis partibus, nec probare id quod volunt.

§. III. Proferunt vterius ex Lib. Iud. Cap. V. 20, locum aliquem, quo manifeste dicunt astrorum effectus in haec inferiora posse stabiliri, cum ibi dicatur: *de coelo est dimicatum, stellaeque cursu suo permanentes in ordine, pugnarunt contra Sisaram.* Hunc ad ad locum quod spectat, sciendum est, istum non statim id probare, quod cupiunt Astrologi, nam controuersia de genuina eius significatione eruditos inter orta, nondum penitus sublata est. Variæ prostant sententiae, quarum nonnullas adducit MATTHAEVS POLIUS, inter quas & haec est, statutens: (52) forte canticum hoc Deborah ideo loqui de stellis, quod pugna

(48) *Epist.* (49) *de inuent. pyxid. naut. vid. Pasch. Inuent. nou. & an-  
tiq. p. m. 770. seqq.* (50) *vid. eundem Auctorem p. m. 724. (51.) L.  
Georg. (52) in Synops. Criticorum aliorumque Sacr. Script. Interpret.*

23  
24

gna nocte lucentibus stellis fuisset commissa. LVCAS OSIAND. (53) verba haec; *de coelo dimicatum est &c.* aliter intelligit, dicens: Deum ipsum pugnassee contra Israelitarum hostes, immisisseque ipsis tantum terrorem, ut Israelitarum inuasionem sustinere non potuissent, sed in perdesse se, ad fugam capefendam, coniecissent; eandemque fere huius loci significationem esse cum proverbio: *Nulla stella ipsis lucere voluit.* Es hat ihnen kein Stern leuchten wollen / alle elementa sind widert sie gewesen. Alij putant hanc locutionem esse metonymicam, dicitur stellam per metalepsin (\*) contra hostes Israelitarum pugasse, coortamque fuisse tempore illo turbulentam tempestatem in hostes saeuientem. Verum si hoc contigisset, procul dubio huius auxilii mentio fuisset facta: cum alibi Scriptura (54) eius mentionem iniecerit. Alii, quos inter est FRANCISCUS VALLESIVS, (55) opinantur, per stellas intelligi Angelos, qui populo Dei aduersus hostes auxilium tulissent. Autor iam citatus I. a. ita inquit: *Stellarum nomine illic haud dubie vocantur Angeli, qui inuerunt populum Dei aduersos impios. Dicuntur vero manere in ordine suo, quod suo quisque est in ordine coelestis illius hierarchiae, quia nihil est in rebus creatis pulchrius aut ordinatius. Cursus vero Angelorum dicitur assidua illa & continens cooperatio, qua homines custodiunt aut gubernant. Angeli igitur Hebraeorum, quorum Princeps Michael, suo quisque ordine persistentes in defendendi munere, pugnarunt contra Labin Regem, & Ducent exercitus Sisaram. Atque hic est sensus literalis huius loci, non aliter ac C. XII. Apocalypf. dicitur: Cauda Draconis trahebat tertiam partem stellarum, & misit eas in terram, quo significatur natur aliter tertia pars Angelorum. Unde constat, Astrologos nihil habere quo se tueantur. Et licet concederemus, siderum influxu suo excitasse tempestatem, aut influentia sua noxia, hostium perturbasse animos: ex hoc tamen casu extra ordinem facto particulari, non statim siderum influxus probari potest, a particulari enim ad vniuersale non valet consequentia. Abeant igitur Astromantae, cum nihil ex scriptura profertur queat, quod ipsis faueat. Hinc etiam recte inquit Celeberr. WEIGEL, in seinem Himmels Spiegel: Die Astrologi moechten fuer*

ihre  
vi  
nor  
sari  
scit  
duc  
tia  
qui  
effi  
Ter  
um  
pus  
sct  
nera  
rum  
firm  
dim  
Secu  
nun  
gesta  
mule  
quie  
larum  
ac ne  
vim,  
fente  
illis e  
ption  
deter  
tarnel  
ribis  
mus,  
(\*)

Vol. I. p. 1010. (53) in P. I. Bibl. p. 331. (\*) Extrat apud Virgil. eius modi locutio, Eclog. I. v. 70. ita se habens: Post aliquot meare gna videns mirabor aristas. Hic, vocab. arist. sumitur pro tot. ann. (54) Ios. C. X. II. (55) vid. eius Philosoph. Sacr. C. 31. p. m. 211.

ihre Hände aus der Bibel lassen, indem ia nichts vor sie aus derselben erwiesen werden kan.

§. IV. Quoniam itaque Astrologi vident, ista scripturae loca non stare a partibus suis, aliud refugium quaerunt, & physicarum causarum (\*) opem, ast iterum sine successu, implorant. Quis autem nescit, plus posse temperamenti variationem, vim feminalem parentum, educationem, constitutionem corporis, loci naturam (\*\*), victum, exercitia & consuetudinem &c. quam stellarum positum atque influxum: nisi quis temere contendere velit, causas remotiores, propinquioribus esse efficaciores. Obloquuntur quidem Astrologiae Patroni, & ita dicunt: Temperamenta quoque pendent a sideribus; nam aer virtute aspectuum Planetarum impraegnatus, p. per poros, p. per tracheam, matris corpus ingreditur, seq. sanguini in embryonis nutritionem cedenti, admiscet, ac foetui hanc virtutem communicat, sicque temperamentum generat vel Saturninum, vel Iouiale, vel Martiale, vel Venereum &c. Verum, haec obiectio etsi veri speciem praese ferre videatur: tamen non firma est. *Primo* enim influxus ille nondum est probatus, vt supra vidimus. *Crepant* quidem experientiam, ast illa quoque non est vera. *Secundo* hac ex sententia fluit absurdum; sequeretur enim, hominem vnumquemq. varia & contraria simul habiturum esse temperamenta. Nā gestationis tempore, quod naturaliter nouem mensibus absoluitur, variae multaeque occurrunt astrorum affectiones. Reponunt Astrologi, iniquientes: eo momento quo in lucem editur infans, ista in coelo stellarum dispositio conspicua, instillat isti temperamentum: respondeo, vix ac ne vix quidem credibile esse, isti temporis momento tantam inesse vim, vt corporis temperamentum generare queat. Probanda est haec sententia, sed puto nos tam facile eam negare posse, quam difficile sit illis eandem demonstrare. Vellent Genethliaci prouocare ad conceptionis momentum; repono *primum*, istud nunquam accurate posse determinari, & *secundo*, licet momentum hoc haberi possit; puto tamen, inde nondum probari posse, hominum complexiones a sideribus oriri, cum obitent gemelli, Esauus & Iacob, Romulus & Remus, vno eodemque temporis puncto concepti & fere nati, moribus

I 2

tamen

(\*) *Causae* hae Physicae nihil aliud sunt, quam influxus astrorum in corpora humana, (\*\*\*) *Afferit* hoc etiam Cicero L. II. de diuinat. p. m. 1229.

23

24

tamen & natura maxime diuersi; *Tertio*, peto ab Astrologis vt rationem mihi dent; cur multi homines eodem tempore nati, non eadem gaudeant felicitate, neque eundem vitae habeant exitum? & cur multi, non eodem tempore, statu coeli & stellarum, in lucem editi, eodem mortis pereant genere, vt hoc multis accidit in praeliis, naufragiis. Manet itaque firmum, vt antea monuimus, constitutionem Parentum, educationem & indulgentiam &c. generare atque mutare posse hominum temperamenta. Quis enim nescit, morbosos parentes, debiles & eodem morbo parentum laborantes procreare liberos. Sed nolumus hac in re esse longiores, quia supra satis hac de operatione astrorum egimus, atque probauimus, eam astris tribui non posse. Progrediemur igitur ad Astronantarum experientiam, quam opponunt nobis.

§ V. Ad hanc rationibus quando se conuictos persentiscunt, confugiunt, tanquam ad sacram anchoram, maxime urgentes: euentum per saepe decretorum comprobasse veritatem. Et licet nunc splendidis & interdum sat magnificis verbis, homuli hi *μεγαλοφρονες κχι εν υπεσηφανα σοφιστες*, experientiam commendare satagant: tamen mentiuntur, hominesque decipiunt; quod innumeris exemplis probari possent. Assumamus istud saltem scriptum, cuius in praefatione mentionem fecimus, nonne egregie Auctor mentitus est? Annotauit haec Gentiliacorum mendacia iam olim C I E R O (56) ita dicens: *Quam multa ego Pompeio, quam multa Crasso, quam multa huic ipsi Caesari a Chaldaeis dicta memini, neminem eorum nisi senectute, nisi domi, nisi cum claritate esse moriturum? vt mihi permirum videatur, quemquam extare, qui etiam nunc credat iis, quorum praedicta videat quotidie re, & euentis refelli.* Vanam hanc Astrologorum esse experientiam mendaciorumque plenissimam, asserit etiam I O H. B A R C L A I V S (57) qui euolui potest. Haec & plura alia exempla quando obiciuntur Astrologis, dicunt, ea se non ferire, nec artem labefactare, cum forte diuination non recte fuerit instituta. Et vt assertum suum probatum reddant, multa exempla, quae euentui responderunt, produciunt, eaque maxime urgent. Haec primo intuitu [verum est] dubium possent iniicere, quia saepius multa exacte, vt praedicta fuere, euenerunt. Verum, licet multa, vt praenunciata fuerunt,

(56) L. II. de diuinat. p. m. 1229. (57) in Argemid. L. II. incunda sunt eius verba & lecta digna.



erunt, ita euenerint: tamen ista nos non dimouebunt a nostra sententia, quia variis modis aliquid praedicere possunt Astrologi. AVGVSTINVS, ( 58 ) de certa Astrologorum praedictione sequentia profert verba: *Non immerito, inquit, creditur, cum Astrologi multa mirabiliter vera respondent, occulto fieri instinctu spirituum non bonorum, (\*) quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astralibus fatiis, inserere humanis mentibus atque firmare; non honeste, sed in ipsa aliqua arte, quae nulla est.* B. LVTHERVVS ( 59 ) de hac praedictione Astrologorum vera, ita loquitur: *Es ist war / die Wahrsager und Sterngucker können denen Gottlosen zuvor veründigen und sagen / was für einen Tod sie nehmen werden. Denn der Teuffel weiß der Gottlosen Gedancken und Anschläge / und hat sie in seiner Gewalt / und treibet sie wie er will / als ein Fürst der Welt. Haec asserta, licet quibusdam nimis dura videantur; tamen non sunt contemnenda, cum vtiq; iuxta effatum Apostoli, Epist. ad Ephes. II, 2. Princeps aëris, daemon, operetur in filios disidentiae. Sunt etiam Astrologorum mores pessimi. Vanities etenim, astutia, dolus atque fraus, eorum experientiae fulera constituunt; dum conditionem, vitae genus, statum & fata praeterita quorundam, ab aliis expiscantur, posteaque vaticiniis suis, callide coelestem aliquam constellationem praetexunt. Non aliter faciunt ac Astrologi Sinenses, qui itidem homines experientia sua, astutissima, decipiunt. Describit eorum mores NEVHOFF ( 60 ) sequentibus verbis: *Es ist ist unter solchem wercke (nemblich des Rattoitât-Stellens) so manche List und Betrug verborgen / und entstehet daraus so vielfältiger Betrug / daß die Leichtgläubigen ohn unterlaß behöret werden. Denn da senden offt diese Meister an den Ort / allwo Leute in grosser menge versamlet, unbekante Land-Läufer hin / die öffentlich für geben müssen / daß ihnen alles dergestalt / wie es ihnen zuvor gesagt / sey begegnet / und wiederfahren: Wodurch viele betrogen werden / die ihr Glück vom solchen vermeinten Wahrsagern wissen wollen / und alle Worte vor verbrachalt halten. Darneben gebrauchen diese Betrüger noch eine List / umb den Schein der Wahrheit / und einiges Ansehen zu erlangen. Man findet nemlich**

(58) *L. V. de Civitat. Dei, C. VII. p. 291.* \* *vt conseruet homines Daemon in superstitione, suumq; regnum hoc modo, qui modus admodum aptus ad hoc efficiendum ipsi videtur, augeat atq. amplifcet.* ( 59 ) *in Colloquensal. C. XXXVII. p. m. 425.* ( 60 ) *In der Beschreibung des Reichs Sina p. m. 292. 293.*

23  
24  
sich in Sina geschriebene Register / darinnen alle Geschlechter einer ganzen Stadt verfasst. Solche Register schreiben die Wahrsager ab / oder kaufen sie / und wissen nachmals daraus richtig zuerzehlen / in was vor Geschlechte dieser oder iener gehöre / und was demselbigen etwa wiederfahren werde. Verblenden also die Leute / und wissen der Lügen einen solchen Schein der Wahrheit zu geben / als wenn sich die Sache wahrhaftig also verhielte.

§. VI. Possunt itaque Astrologi multa & innumerabilia ex circumstantiis temporis, status &c. coniectura trahere, quae futura videntur. *Quis enim est*, inquit C I C E R O hac de re, (\*) *qui rotum diem iaculans, non aliquando collineet?* Interim tamen saepissime etiam falluntur. Ut autem se extricent postea, in suis praedictionibus, daemonis more, vtuntur vocabulis obscuris & ambiguis, sicque vaticinia amphibolica & in vtramque partem resoluenda proferunt. Quando vero deteguntur fraus atque astutiae, aliud refugium quaerunt, dicentes: sidera saltem inclinare, non autem necessitudinem inferre. Sed quis est, quin videat, hoc ipsum refugium esse asylum ignorantiae. Nam si per accidens contigit, quod praedixerunt, miris praeconiis artem suam extollunt, & affirmant: certo se casum praevidere potuisse: sin minus, inquiunt; astra non inferre necessitatem. Praedictiones interim, quae eventui respondent, non arti Astrologorum fictae, sed permissioni divinae sunt adscribendae. Deus enim saepissime ex singularibus causis permittit, vt Astrologorum praedicta accendant. Evidenter hoc patet ex Cap. XIII. Deuter. v. 1. 2. 3. Permittit etiam sanctissimum Numen ex iusto iudicio, vt eiusmodi superstit. homines credant (2. Thess. II, 11.) Astrologorum mendaciis, & reliquo etiam vitae cursu, imaginatione laesa, noxium hocce fatum suum perpetuo timeant, vsque iis tandem modis profectantur, (\*) quibus Astrologus praedixerat. *Multis profecto causa moriendi fuit, quod suum morbum nonerint*, inquit SENECA (61) Testatur hoc etiam NEVHOFF (62). Narravit mihi non ita pridem Vir fide dignus; aliquot abhinc annis quendam per iocum foeminae cuidam grauidae dixisse: illam tempore appropinquante partus esse morituram, quae verba tantam perturbationem (spreta omni disuasionem) in istius animo excitassent, vt nunquam quietam esse potuerit, sed temper

(\*) L. II. de diuinat. p. m. 1231 (\*) Prov. X. 24. Isf. LXVI. 4. (61) de breuitate vitae. C. XIII. (62) in sua descriptione Regni Sinesis. p. m. 293.

mortem ob oculos sibi posuerit; quo etiam tandem factum fuisse, ut tempore stato in Libitinae censum transferit. Alius mihi retulit, foeminam quandam aliquando ob mala praedicta, eo perturbationis venisse, ut etiam eam ob causam manus a se non abstinuisset. Plura eiusmodi exempla adduci possent, verum temporis & chartae ratio est habenda, possunt adducta iam sufficere.

§. VII. Ex his itaque quae hactenus adduximus, satis clare patere arbitror; Astrologos non solum carere principiis; sed etiam neque Scriptura, neque Experientia, neque Rationibus se tueri posse. Digni quapropter essent, quia tam impii sunt atque audaces, absconditaque Dei consilia aperire audent; qui relegarentur, ac e Republica Christiana suis cum nugis in insulas infortunatas atque ultimas terras exportarentur, quo non amplius hominibus Rebusque publicis, vaticiniis suis impius, obscuris, fraudulentis atque flexiloquis, aliisque commentis, fraudes, terrorem aliaque mala infligere possent. Cognouerunt iam olim hanc Astromantarum malitiam multi veterum, hinc damnarunt eos, atque abire iusserunt. Ne autem gratis aut maleuole hoc dixisse videamur: proferemus nonnulla exempla Auctorum, tam Veterum quam Recentiorum in sequenti capite, qui Astrolatriam repudiarunt atque reiecerunt.

CAPUT V.

*Nonnullos Astrologiae Indiciariae proferens contemtores, simulque demonstrans, vanam hanc doctrinam christiano philosopho esse indignam.*

§. I.

**A**D hos quod attinet, prodeant in medium primum Concilia & Patres, qui eam exprobrarunt ac reiecerunt ut doctrinam impiam, superstitiosam atque perniciosam. Verbo: tota olim Ecclesia eam damnauit, ut legi potest apud Augustinum, Origenem, aliosque. Damnarunt porro Iuris consulti doctrinam hanc chaldaicam, eiusque cultores abire iusserunt, ut hoc testatur VALERIUS MAXIMUS (63) quando ait: C. Cornelius Hispanus, Praetor peregrinus, M. Popilio Laenat. Cn. Calpurnio Coss. edito Chaldaeos abire ex vrbe, atque Italia iussit: leuius est inepis ingenis fallaci siderum interpretatione quaestuo-

(63) L. I. C. III. p. m. 11.

23

24

*suosque, mendacis suis caliginem iniicientes.* Est hodie adhuc apud Iuris peritos inter alios Titulos Codicis vnus (XVIII. L. IX. ) qui de Maleficis & Mathematicis inscribitur, (64) in quo haec disciplina eiusque cultores damnantur. Per quos posteriores intelliguntur Astrologi, qui vanam suam doctrinam, sed minus recte honestissimo Matheos vocabulo ornare non veriti sunt. Damnarunt Astromantiam vt Doctrinam fictam, falsam, perniciosam, hominesque obtusioris imprimis ingenii argento emungentem, atque in fraudem iniicientem, multi Philosophi; eo iam tempore, quo maxime florebat, omniumque hominum animos fere occupauerat. Sisset se ex his BARDESANES natione Syrus, qui in eo dialogo, quem de fato & aduersus Chaldaeos scripsit, futiles & nullius momenti esse Astrologorum observationes atque praedictiones ex stellis, demonstrauit. Verba eius adducit EVSEBIUS de Praep. Euang.

§. II. Sissimus porro PHAVORINVM (\*) celeberrimum suae aetatis Philosophum, grauemque Astrologorum osorem, qui Romae quondam copiose & egregie, orationem graecam nitide compositam, aduersus Chaldaeos directam habuit. Audiuit hanc & GELLIVS, qui & rationes Phauorini in oratione laudata aduersus Chaldaeos adductas (65) vt ipse testatur, annotauit, apud quem legi possunt. Huic subiungimus EVDYOXVM, PANAEIVM, scientiae Astronomicae peritissimos, sed Astrologiae contemptores, vt patet ex verbis CICERONIS, quae supra C. I. §. II. adduximus. Prodeimus vltierius ipsum CICERONEM, in libris suis de Diuinat. multis in locis grauius in Astrologorum vanitates atque commenta inuehentem, dicentemque praedictiones has Astrologicas nulla habere fundamenta. Hinc (66) laudat dictum CATONIS, quo dixit: *Se mirari, quod non videret haurispe, haurispe cum vidisset. Quora enim, pergir CICERO, quaeque res euenit praedicta ab istis? aut si euenit quippiam, quid afferri potest, cur non id casu euenierit?* Causam, nullam subesse his praedictionibus Lib. cit.

(64) de hoc Tit. XIX. L. IX. Codic. elegantem habuit quondam orationem, Clariss. Buchner. quae meretur vt legatur, Habet locum ista vna cum aliis, typis excus. inter istas, quae Festac dicuntur. Agit illa de Mathematicis: (65) L. XIV. C. I. vbi L. B. eas legere potest. (\*) alii legunt Fau orinum. (66) L. II. de Diuinat. p. m. 1224.





cit. p. 1220. his indicat verbis: *Qui potest provideri, quidquam futurum esse, quod neque causam habet ullam, neque notam, cur futurum sit?* Evolvitur etiam eius L.I. de Diuinat. p. 1208. vbi plura contra Chaldaeos profert. Ex Historicis offerunt se VALER MAXIM. [cuius verba in §. I. iam adduximus] & CORNEL. TACITVS, qui L.I. Histor. c. 22. Astrologos fraudulentos vocat homines, dicens: *Sunt Mathematici genus hominum Potentibus infidum, sperantibus fallax, quod in ciuitate, nequa & verabitur semper & retinebitur.* His ex verbis euidenter satis colligi potest, apud Romanos eam doctrinam etiam fuisse prohibitam. Nullius pretii etiam vterius iudicarunt Astrologiam quidam Poetae, vt, ENNIVS LEONID. ACCIANVS, MICHAEL TARCHANIOTA MARVLLVS. HORATIVS & plures alii.

§. IV. Recentiorum, qui Astrologiam vanam atque stultam deprehenderunt, numerus pene est infinitus hinc omnes eos si adducere vellemus, aggredieremur opus, in quo multum temporis nobis esset consumendum, cum Tractatus integer fere de Contemptoribus Astrologiae tam Veteribus quam Recentioribus conscribi possit. Adducemus autem modo, vt supra fecimus, vnum vel alterum. Prodeat itaque in medium primo SEBASTIANVS BRAND, (70) qui scripsit librum, quem vocat *Naue[m] stultiferam, das Narrenschiff alle Stände der Welt betreffend/* vbi etiam in stultorum numerum referuntur Astrologi suis cum nugis. Pagina enim mihi 81. sistit stultum LXV, qui est Astrologus, multa e stellis, earumque vario cursu & dispositione de hominum fati colligere allaborans. Digna sunt verba quae legantur, quamuis hodierni seculi elegantiam poeticam non spirent.

§. V. Videbimus porro B. Dn. D. LV THER I (71) iudicium de Astrologia iudiciaria quod ita est: *Von der Astrologia halte ich nichts; Es*

K ist

(70) D. Sebast. Brand, sonst auch Titio genant ist zu Straßburg geböhren; hat zu Basal studiret und ist in Patria gestorben 1529. Ian. Iacob Boisardus in Icon. Viror. illustr. p. 175. & 176. de eo tale fert iudicium: *De stultorum nauicula plane diuinos versus carmine latino, & rythmis etiam German. scripsit Seb. Brandius. Fuit Poeta celebris, & I. V. Prof. Argentorat. celeberrimus. (71) Verba B. Lutheri quae sparsim inueniuntur in c. 37. Colloq. mensal. breuiter hic contra ximus.*

ist eine feine lustige Phantasien / und gefället der Vernunft wohl / denn man gehet immer fein ordentlich von einer Linie zu der andern / darumb ist die Art und Weise die Naturität zu stellen und auszurechnen / und dergleichen Wesen / dem Pabstthume gleich / da die äußerlichen Ceremonien Gepränge und Ordnung der Vernunft wohl gefallen / als das aqua lustralis , candelae &c. Es ist aber keine rechte Wissenschaft und Erkenntnis / und die jenigen irren gar sehr / die aus diesem Dinge eine gewisse Kunst und Erkenntnis machen wollen / da doch keine ist / denn es gehet nicht aus der Natur. Die Astrologia gemahnet mich nicht anders / als wie einer / der Würffel feil trägt / und jaget: Siehe ich habe gute Würffel / sie werffen stets 12. Nun du wirffst oft hin / wann nun 12. fällt / so ist die Kunst recht; man siehet aber nicht / wie oft man zuvor gefehlet und andere Zahlen geworffen. Also thun auch die Astrologi / wenn es ein oder zweymahl zutrifft / so können sie nicht Wesens genug von ihrer Kunst machen / dieselbe rühmen und loben. Wenn es aber nicht eintrifft / so schweigen sie gar fein stille. Astrologia ist vom Teuffel erfunden und erdichtet / auf das die Leute vom Ehestande und allen göttlichen und menschlichen Nembtern und Ständen abgeschrecket würden. Denn sie sagen nichts Gutes aus dem Gestirne und machen / das sich der Mensch fürchtet für den künftigen Unglück / das doch ungewiß ist / und in Gottes Hand stehet / und verirren und martern das ganze Leben / durch solchen Argwohn und unnütze Gedancken. In Summa / denen Sternen glauben / ist eine Abgötterey / denn es ist wider das erste Geboth. Plures adhuc possemus adducere, vt, PIC. MIRANDVL. PERERIVM; ex Mathematicis KEPPLER, & WEICHEL. quorum prior die Astrologiam einer schönen / doch darbey leichtsinnigen Tochter der Astronomie; posterior autem solche einem lustigen und kurtzweiligen Spieler vergleicht. (68) Adducipossent porro CLAVD. FRANCISC. MILIETS de CHALES (69) & DN. STVRMIVS graues Astrologorum vanitatum ofores, & longe plures alii, nisi chartae angustia obstaret. s. VI

(68) vid. Francisc. Himml. sches Lusthauß der Ober und Nieder Welt. p. m. 1464. (69) vid. eiusd. Mund. Mathematic. Tr. XXIX. fol. 645. seqq. Tom. IV. Prod. in liber hic elegans Lugd. 1690 in fol. & c. IV. Tom. const.

S. VI. Pergimus itaque demonstraturi, Christianum Philosophum eiusmodi vanitatibus se associare, atque iis ad varia percontanda uti, minime decere; cum talis omnes suas actiones ad gloriam Dei institueret, diuina venerari praecepta, omniaque arbitrario & sine fundamento assumpta, ac nullum usum habentia reiicere, eoque sedulo allaborare debeat; ut in re quadam adstruenda omnes circumstantias quae quidem concurrere possunt, probe perpendat, sanisque non fictis aut fallacibus argumentis, aut praeceptis diuinis aduersantibus utatur rationibus; quod Astrologi, qui tamen etiam Philosophi vocari cupiunt, non faciunt. Posset iam ex ortu Astrologiae, & falsis eius fictisque principiis, quae adhuc examinauimus, satis quisque intelligere; Philosophum Christianum ab ea abhorrere debere; verum, quo res clarior adhuc euadat, paulo fusius hac de re agemus, & non solum testimoniis ex Codice sacro desumptis, verum etiam rationibus & exemplis probabimus, id quod supra S. V. C. iam tum asseruimus: Astrologiam esse doctrinam impiam & perniciosam, adeoque Christiano Philosopho indignam, Impiam autem esse doctrinam, non solum inde patet, quod 1) ortum trahat ex Idololatria gentilium abominanda, sed & 2) talia praecipue committat, quae Scripturae Sacrae quam maxime repugnant, (\*) dum Ethnicorum more signa coeli, quod facinus tamen Deus Ier. X. 2. prohibuit, extimescit, atque varia futura contingentia, de hominum moribus, felicitate vitae, & mortis genere praedicere conatur; cum tamen homo, secundum illud Eccles. IX. 12. nesciat tempus suum. Solius Dei est futura nosse & praenunciare, Eccl. XLI. 22. 23. & cap. XLII. 9. XLIII. 9. XLIV. 7. XLVII. 13. 14. XLVIII. 3. Sap. IX. 13. Rom. XI. 34. & eiusmodi scientia ne quidem in Daemonem, nedum in homines cadit. Hinc intelligi potest, quanta haec sit audacia, quantaque in flagitia se ingurgitent. Astrologi, quando totum vitae genus, varia Regum consilia &c. ex stellis legere atque praedicere audent; cum tamen Scriptura S. nullo in loco indicauerit, a vario siderum positu hominum fata dependere. Procul dubio si ita esset, S. S. hac de re certiores nos fecisset. Iam olim multi Ethnici (qui aliquando iis, qui Christianorum nomen gesserunt, pudorem inlicent) hominum fata scrutatu indigna esse cognouerunt, ut patet ex H O R A T I O, cuius verba Titulus dissertationis exhibet.

S. VII. Impietatis notam porro incurrit Astrologia:

K 2

I quia

(\*) Hinc etiam Deus uaticiniis illudic eiusmodi impiis, Mich. III. 5. 6. 7.

23

24

1) quia oblique, vt ita loquar, Deum facit autorem peccati, vt qui eiusmodi creasset stellas, homines ad mala incitantes, cum tamen seuerissime mala facta punire, in sacro Codice iusserit. Quomodo vero iuste ista punire posset, cuius causa ipse esset? Absit haec blasphemia, Deus enim non est Deus, qui impietate delectatur. 2) Quia omnia Astrologorum commenta non in honorem Dei, [ad quem tamen vt loquitur Apostolus I. Cor. X. 3 1. omnes actiones quilibet influtuere debet] sed opprobrium eius tendunt, dum multum eius iustitiae & omnipotentiae detrahunt. Nam quid aliud hoc est, quam imminuere omnipotentiam diuinam, quando futura, quae abscondita voluit Numen, ex causis naturalibus, cum tamen nullae adsint, impudenter scrutari audet homo? Quid aliud est, quam iniustitiae insimulare sanctissimum Deum, quando vocant Astrologi nonnullas stellas, quas tamen Deus omnes bonas creauit, (72) maleficas, homines ad varia peccata, scortationem, homicidia, rixas, inuidiam &c. disponentes atque determinantes? 3) Quia homines libertate ad haec vel illa facienda omittendaue priuat. Nam si verum est, quod sidera tantam habeant in corpora & animos hominum potentiam, vt temperamenta insillare atque ad has vel istas actiones obeundas homines impellere valeant, ita vt nihil hi sua sponte, nihil suo arbitratu faciant, sed a<sup>2</sup> ducentibus (vt inquit apud GELL. PHAVORIN.) stellis & aurigantibus; tollitur liberum arbitrium humanum, sequiturque quod homines non sint λογικά ζώα, sed mancipia & neurospasta quaedam ludicra atque ridenda. 4) Quia homines a pietate abducit, & ad superstitionem adducit, id quod prolixa probatione non indiget, cum fati euidenter inde eluceat, quia homo vanitati eiusmodi inhaerens, plus tribuit stellarum operationibus, quam diuinæ potentiae, alias enim a regulis, ipsi in Scriptura S. praescriptis discedere religionem sibi duceret, spemque suam non in eiusmodi re vana, sed Deo creatore & conseruatore suo poneret.

§. VIII. Perniciosam atque inutilem esse Astrologorum doctrinam, vel inde colligi potest, quia hominum animos perturbat & interdum in maximam miseriam detrudit. Quando enim aliquid boni praedicunt Astromantae, quieti nunquam possunt esse isti, quibus praedicatur.

(72) Vocant Astrologi stellas quisdam maleficas & violentas, vt Martem, Cor Scorpii, Algol, Saturnum, Oculum Tauri, Herculem, dicuntque has hominibus violentum mortis minari genus.

dicitur. Hinc bona praeterita non meminerunt, praesentibus non fruuntur, futura modo expectant: ( sunt verba CICERONIS L. I. de Fin. bon. & mal. p. 1036. ) quae quia certa esse non possunt, conficiuntur & angore & metu: maximeque cruciantur, cum se sentiant, frustra se aut pecuniae studuisse, aut imperiis, aut opibus, aut gloriae. Nullas enim consequuntur voluptates, quarum potendi spe inflammati, multos labores magnosque susceperant. Idem evenit, quando mala praedicit Astrologus, impedit enim eius modi praedictio vehementer vitae incunditatem, accedunt aegritudines, moerores, qui animi exedant, conficiuntque curis. Nam eiusmodi animus semper sibi metuit de malo imminente futuro, adeo nunquam tranquillitate ac quiete frui potest; desperat tandem de salute, & id quod metuit, ipsi non raro usu venit. Quemadmodum hoc multis probari posset exemplis, ni tempus id prohiberet. Maximam quoque perniciem Rebus publicis infert Astromantia, hinc olim, ut supra probauimus, interdicta, eiusque cultores eiecit fuerunt. Neque enim pecunia tantum emungunt homines, sed & anxios de bono vel malo instante reddunt, imo ipsis ad varia facinora committenda occasionem praebent. Quale quid legimus in O. DAPP. Beschreibung der Africanischen Inseln/p. m. 43 edit. Amstelod. 1671. ubi ita inquit: Es ist kein greulich und schändlicher Aberglaube / auch unter denen wildesten Menschen / als dieser der Insel Madagascar: welcher ihnen befiehet / ihre Kinder grausamlich zu verwerffen / oder hinzurichten / also daß es nicht zu verwundern ist / daß diese Insel eine der grössten und fruchtbarsten der Welt nicht volkreich ist / zu welchem Aberglauben die Ombyassen ( sind ihre Priester ) sie überreden / indem sie denen Vätern rathen / die Kinder durch einen Sklaven / ferne vom Dorffe etwan in einen Dornbusch oder Hecke tragen zu lassen / da sie endlich von denen wilden Thieren jämmerlich zerrissen werden. Die Ursache dessen ist / daß die Ombyassen vorgeben / sie seyen nicht in einem glücklichen Monathe / Tage oder Stunde gebohren; sühnemlich aber / wenn der Ombyasse siehet / daß des Kindes Planet selbst zu wieder ist / sagt er / das Kind würde seinem Vater oder Mutter ermorden / Unglück in seinem ganzen Lebens = Lauf haben / und zu allen Bösen geneigt seyn. Deswegen es besser / daß es anigo untkomme: ob es gleich sonst an einem guten

ten Tage geböhren ist. Plura vid. apud Auctor. Tamen si vero crudeles eiusmodi mores apud nos non inualuerint, puto tamen, si nostris in regionibus, ab Astrologo infanti iam nato thema erigeretur, istud autem mala praediceret; Parentes optaturos esse, ut infantem nunquam in lucem edidissent, vel ut propediem iterum decederet: ut taceam innumera alia mala & incommoda inde orientia, ut sunt: animi aegritudines (73) securitates, desperationes &c. Quis enim non nouit, quantas in corpus humanum habeant vires, imaginatio fortis atque animi pathemata. (\*) Melius itaq. est & vtilius futura nescire, tela enim improuisa minus nocent, ista autem praecuisa animum vehementer excruciant & torquent. Hinc sapienter CICERO L. II. de Diuinat. p. m. 122 r. dixit: *Ego, ne vtilem quidem arbitror esse nobis futurarum rerum scientiam, quam sententiam suam quibusdam exemplis probat, tandemque sic concludit: Certe igitur ignorantio futurorum malorum (quo etiam referri potest ignorantio bonorum) vtilior est quam scientia.*

§. IX. Quia itaque vidimus, Astrologiam niti principiis non tantum Ethnicis, verum etiam fictis rationibus; atque praeterea maxime aduersari praeceptis diuinis, quilibet facile intelligere potest, neminem, cui cordi sunt literae sacrae, saniorisque Philosophiae principia, eiusmodi impiae diuinationi pollicem premere posse; quia diuinum Numen non solum omnes eiusmodi diuinationes dierumque electiones, (\*) quas inter Ethnorum facta abominanda refert, magna cum seueritate in sacris literis interdixit, ut patet ex Leuit. XIX. 31. Deuter. XIII. 10. 11. verum etiam secus facientibus minatus est, se illos exterminare & funditus tollere velle, & insuper Leuit. XX. 27. Deuter XIII. 5. vaticinatores hos a magistratu supplicio affici iussit. Quapropter quia hoc scimus, omnimodo ab eiusmodi re impia, ne in poenam grauissimam incurramus, abstinere debemus. Haec sunt L. B. quae de Astrologia iudiciaria, ad quam

(73) eiusmodi exempl. vid. apud Pfeiff. in suo *Anri-Melanchol. P. I. p. m. 459.* (\*) vid. elegant. *dissertat. Licentiat. Conrad. Burchard. Vogther. de morbis moerentium, 1703. Altorf. habitam, & M. Ioh. Christoph. Hundeshagen / Dissertat. de Imaginatione eiusque viribus. Ienae 1665. publice propositam.* (\*\*\*) *das solches Tagewehlen recht Heydnisch sey, und grossen Schaden bringe / bezeugen O. Dapper, Neuboff, Rogorius & alii plures.*

Christianus animum adiungere nefas ducat, in medium proferre voluimus. Iniecimus nos quidem medios in hostes; verum verbo diuino suffulti & nisi, eorum latratus atque insultus nihil curamus, verba enim diuina plura sunt, quam omnium istiusmodi hominum fictae rationes. Antequam vero finiamus, ea qua decet modestia a L. B. petimus, vt exercitationem hanc Academicam aequi bonique consulere, & si quae forte adamasim (non enim omnia possumus omnes) non dicta, vel omissa fuerint, sua eruditione supplere haud dedigneretur. Nos interim vela contrahimus, & cum eo, cum quo incepimus, Deo T. O. M.

cui gratias agimus quas possumus mente concepere maximas, pro praestitis hac in re viribus huic nostrae, dis-

fertationi imponimus

F I N E M.

Επίμετρα,

I.

Luna non est humorum domina.

II.

In Luna dari Valles & Montes est credibile.

III.

Filamenta B. Virginis, vulgo der Sommer, non sunt araneorum tela.

IV.

Dari materiae circulum perpetuum, vix negari potest.

V.

Stella in Regulo Antimonii apparens, non dependet a siderum influentia.

VI.

Genuinus Physicus vix dici potest, qui Matbes. Botan. Chym. Anatom. & Physilog. cognitione plane destituitur.

VII.

Circulatio sanguinis dependet p. ab intestino sanguinis motu, p. ab aëre inspirato, p. a spiritum animalium influxu, p. a mechanica corporis structura.

VIII.

Confidentia aegri in Medicum, plurimum in cura confert ad ipsius salutem.

23

24

ADMONITIO.

Nihil caute simul & celeriter geri posse, tam verum est quam quod verisimum, quod & nos satis experiri sumus, sed culpa in nobis non latuit. Res enim quaedam minus praeviusa quia interveniebat, dies nostro Actui publico destinatus, mutandus erat. Hinc, praeter omnem spem atque opinionem quam maxime nobis festinandum fuit, & quidem ita, ut non solum permulta curiosa Auctorum variorum verba adducta, multasque notas rem illustriorem reddentes, omittere, atque ex MSC. delere coacti fuerimus: sed etiam, quod dolemus, ob festinationem hanc nimiam, multi a vitia typographica, interdum haud levia, hinc & inde irrepserint. Cum itaq. non possit non perspicuitas atque cohaerentia exinde variis in locis turbari. L. B. nos ut excusatos habeat, errataque irrepta non in malam partem rapere, sed ista pro suo candore & humanitate benevole corrigere velit, per amanter rogatur. Quod si Deus vitam viresque concesserit, aliquando peculiari in Tractatu, hoc Thema plenius atque accuratius exponemus & explicabimus.

\* \* \* \*

Emendanda nonnulla quae oculus fugitius assequi potuit.

Pag. 21. lin. 9. log. τὲ p. 22. l. 17. officere p. 30. l. 9. querar. p. 34. in not. (7) post annotat. deleatur comma. p. 35. l. 17. occurrant. l. 22. GRAND. l. 28. ista. p. 36. l. 4. esset. p. 41. in not. (8) l. 4. Martiales. p. 42. l. 14. S. IX. l. 24. ἀνωμαλῶς l. 27. μνηνὺν l. 28. οἱ p. 43. l. 4. post credant deleatur? & inseratur punctum. l. 20. in principio inser. S. X. p. 47. l. 23. post S. inser. X. p. 48 l. 6. ieg. unitate p. 49. l. 12. propria. p. 50. l. 29. post, est, inseratur, domorum. 61. p. 55. lin. ultim. post terr. deleatur comm. p. 61. l. 15. 30. l. 16 comparata. Reliqua ipse L. B. facile corriget, accurate enim omnia dissertationis verba, ob festinationem Typographi perlegere non potuimus, imo ultimas plagas percurrere plane nobis non licuit.







23

24




Leipzig, Diss., 1709(1)



5b,





1709, 21

AUXILIANTE  
SUMMO ASTRORUM CREATORE  
DISSERTATIONEM

HISTORICO-PHYSICO-MATHEMATICO-MORALEM,  
DE

# ASTROLOGIA IUDICIARIA

CHRISTIANO PHILOSOPHO INDIGNA,  
SENATUS PHILOSOPHICI LIPSIENSIS

INDULTU  
ad d. XX. April. A.C.c lxx. lxxx IX.

H. L. Q. C.

BENEVOLAE ERUDITORUM DISQUISITIONI  
SUBMITTET,

I. SIGISMUNDUS SCHMIDERUS,

MED. BACCALUR.  
RESPONDENTE

DAVID. HENRIC. ZORN,

Meeranenf. Mifn. Phil. & SS. Theol. St.

*Horat. L. I. Od. od. XI. ad Leucon.*

Tunc quaesieris, (scire nefas) quem mihi, quem tibi  
finem d'I dederint Leucone: nec Babylonios  
centaris numeros, — —

LIPSIAE,

LITERIS HAEREDUM BRANDENBURGERIANORUM.

1709

